XVI. R. D. *Marcus Antonius de Magistris* Septempedanus, die 21. Septembris 1589. accepit possessionem Canonicatus per resignationem R. P. D. Antonii Victorii. Obiit die 31. Augusti 1629. dictus D. Marcus Antonius Canonicus, et Decanus, ac Major Sacrista nostrae Basilicae, cujus corpus est *in Sacristia ejusdem Basilicae, in Sepulchro Canonicorum*.

XVII. R. D. *Ioannes de Effectibus* a Castro novo, SSmi Dapifer, die 7. Octobris 1625. accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem R. P. D. Ludovici Cincii ad Episcopatum Tudertin. Dictus Dominus Joannes die 3. Sept. 1631. Papae Vrbani VIII. Architriclinus, ex Parrochia SS. Vincentii, et Anastasii, omnibus Sacramentis de more susceptis, animam Deo reddidit, cujus corpus sepultum est in *Tumulo Canonicorum, in Sacrario ejusdem Basilicae*.

XVIII. R. D. *Thaddeus Colligola*, die 28. Augusti 1630. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum R. D. Iulii Mancini, Medici SSmi D. N. Vrbani PP. VIII. Die 4. Augusti 1643. obiit, ex testamento sepul. *in Sacrario Basilicae*.

XIX. *Joannes Maria Rosciolus*, Innocentii X. a poculis, die prima Septembris 1629. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum D. Marci Antonii de Magistris. Die 28. Septembris 1644. Dictus Ioannes hujus Basilicae Canonicus, et Altarista, obiit in Parrochia S. Spiritus, et *in Sacrario S. Petri sepul.*

XX. R. D. *Lactantius de Lactantiis* die 18. Maii 1646. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum R. D. Iuliani Magdaleni Capiferrei. Die 21. Sept. 1651. Illmus, et Rmus D. Lactantius Vrbevetanus annorum 55. circiter, Cubiculi Praefectus SSmi D. nostri Innocentii X. et hujus Basilicae Canonicus, in Quirinali Monte obiit omnibus Sacramentis de more susceptis, ac in ejusdem Basilicae Sacrario *in solita sepultura Canonicorum* sepult.

10 B

XXI. R. D. *Tiberius Vincentius* familiaris S. D. N. Papae die 10. Ianuar. 1642. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum R. D. Pauli Alaleonis. Die 11. Iulii 1655. dictus *Tiberius* Reatinus, aetatis suae annor. 80. circiter migravit in Coelum, cujus cadaver *in Sacrario ejusdem Basilicae, in Canonicorum tumulo* conditum est *ad Altare Reliquiarum*.

XXII. R. D. *Lazzarus Bottus* Presbyter Lunen. Sarzanen. Diaec. in V. Signatura SSmi Domini nostri PP. Innocentii Xmi Referendarius, Camerae Apostolicae Commissarius Generalis, die 19. Decembris 1652. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum D. Francisci Mascambruni. Die 13. Octobris 1662. sexagesimum septimum annum agens, in Orphanorum Parrochia summum diem obiit, ejusque cadaver *in Tumulo Canonicorum, in Sacrario Basilicae S. Petri* conditum est.

XXIII. R. Dom. *Michael Angelus Boncius*, Presbiter Clusinus S. D. N. Papae familiaris, et continuus commensalis, die 15. Augusti anno 1656. accepit possessionem Canonicatus vacan. per liberam dimissionem penes eumdem SSmum fact. a D. Constantio Centofloreno, qui se in Societatem Iesu abdicavit. Obiit Michael Ang. 9. Aprilis 1669. hora 17. cum dimidio, cujus cadaver *in Tumulo RR. DD. Canonicorum in Sacrario nostrae Bas.* humatum fuit, eique Sacrario legavit sc. 300.

XXIIII. R. D. *Bartholomaeus Oregius*, Nepos Emi D. Augustini Oregii, die 29. Novemb. 1633. accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem sui Patrui ad Cardinalatum, et etiam deputatus a SSmo in locum ejusdem Emi D. Eleemosinarius secretus, et Cubicularius de non participantium. Fuit Beneficiatus. Die 18. Maii 1669. D. *Bartholomaeus Oregius* de Sancta Soffia nullius Diaec., hujus SS. Basilicae Canonicus Theologus, aetatis suae annor. 75. circit. prope plateam S. Petri degens, diem suum clausit, cujus cadaver *in ejusdem Basilicae Sacrarium in Canonicorum sepulchro* conditum fuit.

XXV. R. D. *Honuphrius de Hipolitis* Pistorien. die 26. Iunii anno 1648. accepit posessionem Canonicatus vacan. per obitum R. D. Gasparis de Simeonibus. Suprad. D. Honuphrius a SSmo D. N. PP. Clemente IX. promotus fuit ad Episcopatum Porfirien. in partibus. Die vero 31. Martii 1672. viam universae carnis ingressus, privatae 2. fere noctis hora *in tumulo Canonicor. in Sacrario Basilicae* conditum fuit.

XXVI. R. D. *Franciscus Ravizza* Vrbevetanus, Camerae Aposto-

licae Commissarius Generalis, et Bas. S. M. Majoris Canonicus, die 31. Dec. ante Vesperas 1662. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum D. Lazzari Botti. Dictus D. Ravizza ab Alexandro VII. creatus fuit Episcopus Sidoniae, et a Clemente Papa X. apud Portugalliam Nuncius factus mense Iulii 1670. necnon, durante dicta Nunciatura, Archiepiscopus Sidoniae. Die 22. Maij 1675. D. *Franciscus Ravizza* Vrbevetan. Collegii de Propaganda Fide a secretis, aetatis suae annorum LIX. ex hac luce decessit, cujus corpus pontificalibus vestibus ornatum, e dicto Collegio, noctu in chorum ejusdem Basilicae delatum, in quo sequenti die 23. solemni pompa expositum fuit, atque per Canonicos solemne Sacrum decantatum fuit, toto Clero Vaticano praesente, deinde *in Tumulo RR. DD. Canonicorum*, *in Sacello Reliquiarum*, *in Sacrario dictae Basilicae*, intra capsas ligneam, et plumbeam inclusum, humatum fuit, ac supra dictae capsae plumbeae operculum sequentia verba incisa erant.

FRANCISCVS RAVIZZA NOBILIS VRBEVETANVS
ARCHIEPISCOPVS SYDONIEN.
VTRIVSQVE SIGNATVRAE S. D. N. PAPAE ASSISTENS
BASILICAE S. PETRI CANONICVS
ET S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
SECRETARIVS
QVI OBIIT XI. KAL. IVNII ANNO IVBILAEI MDCLXXV.
ÆTATIS SVAE LIX.

XXVII. R. D. *Sigismundus Spada*, die 19. Aprilis 1654. accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem ad Cardinalatum Rm̃i D. Giberti Borromaei etc. Die 16. Octobris 1675. hora prima circiter noctis, dictus D. Spada ab humanis decessit, cujus corpus in Odeo expositum, ac solemne Sacrum decantatum, *in Tumulo Canonicor. in Sacrario* humatum fuit.

XXVIII. Die vII. Dec. 1677. Illm̃us, et Rm̃us D. *Josephus Maria Suaresius* ex Leone in Gallia, Episcopus olim Vasionensis, Em̃i et Rm̃i D. Caroli S. R. E. Card. Barberini S. Mariae in Cosmedin Diaconi, hujus SS. Basilicae Principis Apostolorum Archipresb. Vicarius, sub Parochia

S. Laurentii in Damaso degens, annos natus LXXVIII, in Palatio Cancellariae omnibus Ecclesiasticis Sacramentis de more susceptis, ab humanis decessit, cujus cadaver die 8. festo Conceptionis B. M. V. pontificalibus vestibus violaceis indutum, ad Sacrarium ejusdem Basilicae intra feretrum delatum fuit, associatum cum sex intorticiis, ibique in medio Sacrarii supra talamum expositum cum 28. facibus ardentibus; deinde post nonam solemne sacrum a Rm̃is DD. Canonicis pro ejus anima in *Sacello Reliquiarum in eodem Sacrario* decantatum fuit, adstante toto Clero Vaticano, cui facta fuit distributio candelarum; nempe duarum librarum cuilibet Canonico, unius librae cuilibet Beneficiato, ac Clerico Beneficiato, caeterisque Ministris etc. Hora vero prima noctis, in cypressina, plumbeaque capsa inclusum, supra cujus operculum sequentia verba incisa erant.

HIC DEPOSITVS EST IN PACE
IOSEPHVS MARIA SVARESIVS EPVS OLIM VASIONENSIS
HVIVS BASILICAE PNPIS APOSTOLORVM VICARIVS
ET S. D. N. CLEMENTIS IX. EPVS ASSISTENS
OBIIT VII. DECEMBRIS MDCLXXVII.
ÆTATIS SVAE LXXVIII.

Canonicorum tumulo conditum fuit, cujus anima in benedictione sit.

Sammarthani in Gallia Christiana (T. I. col. 937.) haec tantum de Suaresio memoriae tradiderunt. *Anno MDCLXVI. transcripsit Episcopatum fratri suo Carolo. Fuit Orator ad Clementem P. X. pro Vrbe Avenionensi. Obiit Romae in Cancellaria, sepultus in Sacrario S. Petri in Vrbe, cujus Ecclesiae Vicarius fuerat.* Niceronius vero (T. xxII. p. 297.) de loco, quo sepultus fuit, minime sollicitus, die vIII. Decembris anno MDCLXXVII. obiisse narrat, uti in Diario Literario, Romae edito eodem anno, recte adnotari contendit, contra quam fecit Scriptor alterius Diarii Literarii, Venetiis evulgati anno MDCCXIV, ubi (T. IX. p. 16.) Suaresium die vII. Septembris MDCLXXVII. decessisse traditur.

XXVIIII. Die 23. Aprilis 1682. Illm̃us, et Rm̃us D. *Carolus Andreas Settala* (vel *Septala*) Mediolanen. Episcopus Dertonensis, degens in Platea Sacrosan. Basilicae S. Petri, in Aedibus Illm̃i, et Rm̃i

D. Francisci Marini, Archiepiscopi Theodosiae, ejusdem Basilicae Canonici, 75. annum agens ab humanis decessit, cujus cadaver Pontificalibus vestibus ornatum, hora prima noctis, in *Sacrarium dictae Basilicae* delatum, ibique supra talamum magno stragulo violaceo ex auro textili coopertum expositum. Die vero sequenti post Nonam, solemne Sacrum ab Illmis, et Rmis DD. ejusdem Basilicae Canonicis, adstante toto Clero, in eodem *Sacrario* decantatum fuit. Deinde intuitu dicti Illmi Archiepiscopi Theodosiae Canonici (Rmo Capitulo sic annuente) praedictum Cadaver in *tumulo Rmor. DD. Canonicorum* repositum fuit.

XXX. Die 5. Apr. 1694. Illmus, et Rmus D. *Emmanuel Aschelestrat* Flander, Custos Bibliothecae Vat. et hujus SS. Vatic. Bas. Canonicus, degens sub hac Parochia, in Palatio Vaticano, solitis Ecclesiae Sacramentis munitus, aetatis suae annor. circiter 43. animam Deo reddidit, cujus cadaver die 7. dicti humatum fuit in *Sacrario dictae Basilicae* associatum cum 8. Intorticiis, et expositum cum 30. etc. *V. ejus vitam apud Niceronium T. XXI. p.* 264.

XXXI. Die 7. Novemb. 1692. Illmus, et Rmus D. *Carolus Thomas Odescalcus* Comensis, Vat. Bas. Canonicus, degens sub hac Paraecia, in Platea S. Marthae, Ecclesiasticis Sacramentis de more susceptis, septuagesimum annum agens, in Communione S. R. E. ab humanis decessit, in Novitiatu RR. PP. Societatis Iesu, in Monte Quirinali, ubi ob aeris mutationem aegrotus ductus fuerat; cujus cadaver amictu, alba, cingulo, et dalmatica violacea indutum hora 2. noctis cum 8. intorticiis associatum, in Chorum dictae Basilicae delatum, in quo die 9. Novembris expositum fuit cum 30. intorticiis, et a Rmo Capitulo, praesente toto Clero Vaticano, solemne Sacrum pro ejus anima decantatum fuit cum solita distributione Candelar. deinde dictum Corpus *in tumulo RR. DD. Canonicorum*, *in Sacrario*, intus Arcam ligneam positum, conditum fuit.

XXXII. Die 24. Martii 1693. Ill. et R. D. *Bonamens de Augustinis*, filius Illmi D. Pauli Forolivien., Sacrae Consultae Praelatus, et hujus SS. Bas. Vat. Canonicus, degens sub Par. S. Mariae in Trivio, Ecclesiasticis Sacram. etc. aetatis suae annor. 47. circiter in C. S. R. E. ex hac luce decessit; cujus cadaver die 25. dicti in Choro suprad. Basilicae expositum cum 30. intorticiis, solemne sacrum etc. deinde *in Sacrario in tumulo RR. Canonicor.* intra capsam ligneam repositum fuit etc.

XXXIII. Die 30. Martii 1693. R. D. *Ludovicus Lentius* Roman. fil. q. Andreae, hujus Sacros. Bas. Vat. Canonicus, degens sub hac Parochia, in Suburbio novo, septuagesimum tertium annum agens, ecclesiasticis Sacramentis etc. ab humanis decessit; cujus cadaver die 31. d. associatum fuit cum 12. Intorticiis, et in Choro ejusd. Basilicae cum aliis 30. Intorticiis expositum. Solemne Sacrum per RR. DD. Canonicos decantatum fuit, adstante toto Clero, cum solita distributione Candelar., dein. dictum Corpus *in tumulo Rmor. Canonicor. in Sacrario*, intus arcam ligneam reposítum, conditum fuit.

XXXIIII. Die 3. Decembris 1693. Illustriss. et Rmus D. *Petrus Cerretanus* Senensis, Filius quondam Francisci, hujus SS. Bas. Vat. Canonicus, major Sacrista, et Praelatus Signaturae, degens sub Parochia S. Mariae de Pace, cum esset in Congreg. Signaturae, in Palatio Quirinali, et ex improviso incidisset in morbum apopleticum, ductus fuit in Palatio Illmae D. Piccolomini, ubi tantum confessus, et sacro oleo linitus, die 4. dicti, aetatis suae annor. circiter 56. in C. S. R. E. animam Deo reddidit; cujus cadaver ead. die noctu delatum fuit ad sacros. Vat. Bas. associatum cum 8. Intor. et die 5. dicti fuit expositum in Sacello Chori cum 30. facibus, et peracto funere, delatum fuit in *Sacrario*, ubi de sero, circiter horam dimidiam noctis, humatum fuit in *tumulo Canonicorum*.

XXXV. Die 23. Decembris 1699. Illmus, et Rmus Dominus *Michael Angelus Matthaejus*, Patritius Romanus, Patriarcha Antiochenus, et hujus SSnctae Basilicae Canonicus, Decanus, et Altarista, degens sub Parochia S. Nicolai ad Caesarinos, in Platea de Matthaeis, Ecclesiasticis Sacram. etc. aetatis suae annor. circiter 72. in C. S. R. E. ex hac luce decessit; cujus cadaver more Praelator. indutum, delatum fuit intus Pheretrum, hora 2. circiter noctis, associatum cum 12. Intort. et 14. Presbiteris in Choro dictae Basilicae, in quo vestibus Pontificalibus indutum, die 24. dicti, vigilia Nativitatis SSmi D. N. Jesu Christi, expositum fuit cum 50. Intor. et a Rmo Capitulo, praesente toto Clero Vaticano, solemne sacrum decantatum fuit; deinde dictum cadaver in *tumulo Rmor. Canonicor. in Sacello Reliquiar.* conditum fuit intus arcam ligneam cupressinam, et alteram plumbeam, in cujus cooperculo incisa erant haec verba.

DOMINVS MICHAEL ANGELVS MATTHAEIVS
PATRIARCHA ANTIOCHENVS
BASILICAE VATICANAE CANONICVS
DECANVS ET ALTARISTA HIC SITVS EST
PIE VIXIT PIE OBIIT
ANNO AETATIS SVAE LXXII.
DIE XXII. DECEMBRIS MDCXCIX.

XXXVI. R. D. *Joannes Angelus ab Altemps*, Patritius Romanus, ac SSmi Dñi nostri Papae Alexandri VII. Cubicularius intimus, die 29. Decembris 1666. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum D. Fulvii de Grossis. Die 10. Maii 1680. dictus Joannes Angelus ab Altemps degens sub Parrochia S. Apollinaris, in suo Palatio, aetatis annorum xxxviiI. in Communione Sanctae Matris Ecclesiae ab humanis decessit; cujus cadaver ex ultima sua dispositione, in Choro ejusdem Basilicae expositum, ubi, adstante toto Clero Vaticano, a Rmis DD. Canonicis solemne sacrum decantatum fuit pro ejus anima, deinde in *tumulo DD. Canonicorum in Sacrario*, intus duas arcas cupressinam, et plumbeam repositum fuit. Supra vero arca plumbea, sequentia verba sculpta erant.

D. O. M.
IOANNES ANGELVS AB ALTEMPS
FILIVS PETRI DVCIS AB ALTEMPS
VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIVS
ET HVIVS BASILICAE CANONICVS
OBIIT ANNO DÑI MDCLXXX. DIE X. MAII
ÆTAT. SVAE ANNO XXXVIII.

XXXVII. R. D. *Riccardus Hovvardus*, Clericus Londinensis, Canonicus die 16. Februarii 1713. exhibuit RR. DD. Canonicis, in Capitulo coadunatis, litteras Apostolicas sub plumbo expeditas S. D. N. Clementis XI. sub Dat. etc. novae provisionis Canonicatus vacan. per obitum suprad. D. Ricci, absque nova possessione, et solutione ingressus,

firmis tamen remanentibus Turno, Stallo, et Anzianitate, aliisque juribus, et privilegiis, super quibus derogatum fuit a SS. D. N. Clem. PP. XI. Obiit die 22. Augusti 1722. hora 7. noctis antecedentis, et sepultus fuit in solito *Tumulo Canonicorum*, in nostro *Sacrario* existent. cum capsa plumbea, et cypressina, cum epitaphio suo loco descripto, ut in hoc libro fol. 300. V. p. 1244.

Inscriptio erat super capsam plumbeam, cum qua, et alia cypressina sepultus fuit in solito *Tumulo Canonicorum in Sacrario* d. Basilicae existente.

Epitaphium Rmi D. Hovvard de Norfolcia Canonici S. Petri.

EXCELLMVS ET RMVS D. DNVS
RICCARDVS HOVVARD DE NORFOLCIA
SACROS. BASILICAE S. PETRI IN VATICANO CAN.VS
FILIVS THOMAE QVONDAM LORD HOVVARD DE NORFOLCIA
FRATER GERMANVS THOMAE DVCIS DE NORFOLCIA....
PRIMI ANGLIAE DVCIS COMITIS ET BARONIS
REGNI ANGLIAE MARESCALCI HAEREDITARII.
OBIIT XXII. AVGVSTI MDCCXXII.
AETATIS SVAE XXXV.

XXXVIII. R. D. *Laurentius Vannicelli* Clericus Romanus, die 24. Decembris 1724. ante Matutinum accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem ad Cardinalatus dignitatem praedicti R. P. D. Prosperi Marefusci. Obiit 12. Aprilis 1728. in Parochia S. Spiritus in Saxia, et *in Sacrario nostrae Basilicae* ejus cadaver sepultum fuit.

XXXVIIII. R. D. *Scipio de Ricciis* nostrae Basilicae Canonicus, die 2. Februarii 1716. praesentavit RR. DD. Canonicis in Capitulo coadunatis litteras Apostolicas in forma Brevis, sub annulo Piscatoris expeditas sub Dat. Romae apud S. M. M. die 23. Januar. praet. novae collationis, et provisionis alterius Canonicatus vacan. per assumptionem ad Cardinalatus dignitatem Emi D. Ferdinandi Nuptii. Obiit d. Scipio die 1. Martii 1730. in Palatio Apostolico Vaticano, gerens munus Secretarii Sacr. Consultae, cujus cadaver delatum fuit in nostram Sacro-

sanctam Basilicam, et in Sacello S. Nicolai expositum, quia Chorus, et Sacrarium erat impeditus, propter celebrationem funeris S. M. Bened. XIII. qui obiit die 21. Februarii 1730.

XXXX. R. D. *Pompejus Varesius*, Clericus Viterbien. die 30. Januarii 1700. anno Jubilaei adeptus est possessionem Canonicatus vacan. per obitum R. P. D. Michaelis Angeli Matthaei, Patriarchae Antiocheni, Canonici, et Altaristae etc. Obiit Pompejus die 8. Martii anno 1732. degens sub Parochia S. Catharinae de Rota, et more solito translatus ad Basilicam, *in Tumulo Canonicorum* sepultus.

XXXXI. R. D. Abbas *Hieronymus Petronius*, nobilis Romanus, fuit a SS. D. N. PP. Innoc. XII. motu proprio deputatus Coadjutor perpetuus cum futura successione ad Canonicatum Rm̃i D. Philippi Muti, attenta accidentali ejus mentis imbecillitate, prout in litteris Apostolicis expeditis e nonis Decembris 1692. quarum vigore die 8. Decembris 1692. a Rm̃o Capitulo in *Sacello Reliquiar.* intra *Sacrarium* receptus fuit, praestito juramento, et capta consueta possessione, solutisque omnibus solitis emolumentis etc. Die 2. Octobris anno 1708. absente Roma dict. Rm̃o D. Petronio, Rm̃us D. Alexander Casalius Coccianus, completo officio de mane, accepit possessionem pro dicto Rm̃o D. per obitum D. Philippi Muti, sequutum die 1. Octobris 1708. Obiit suprad. Hieronymus Petronius die 1. Maii 1733. sub Parochia S. Marci degens, cujus cadaver cum pompa delatum in nostram Basilicam, peractis omnibus de more etc. sepultum fuit in *solito Tumulo Canonicorum*, cum tribus capsis plumbea, et ligneis, et Epitaphio

HIERONYMVS PETRONIVS
PATRITIVS ROMANVS
SACROS. VATICANAE BASILICAE
PRESBYTER CANONICVS
OBIIT DIE I. MAII MDCCXXXIII.
AETATIS ANNORVM LXXII. MENS. VI.
CANONICATVS VERO XLI.

Idem Petronius Librum Descendentiae Canonicatuum *a Iac. Grimaldo confectum, ex quo magnam partem hujusmodi Fastorum decerpsimus, anno*

MDCCXXIV. *ad sua usque tempora protrahendum curavit . Ejusdem apographum mecum humanissime communicavit ornatissimus Praesul Thomas Boschius , Canonicus Vaticanus , et Diaconus Sacrarii Pontificalis , ut veterem illam quodammodo imitaretur benemerendi consuetudinem , qua sibi me ab ineunte aetate , multis nominibus , perpetuo devinxit Patruus suus , omni laudum genere cumulatissimus , Karolus Card. Summus Magister criminibus expiandis . V. p.* 1144 , *et* 1640.

XXXXII. R. D. *Petrus de Maximis* , Clericus nobilis Romanus , die 16. Aprilis 1710. accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum D. Petri Pauli Crescentii . Dictus D. Petrus obiit 2. Maii 1735. cujus cadaver die 4. tumulatum fuit *in solito Sepulchro Canonicorum , in Sacrario nostrae Basilicae existen.*

XXXXIII. R. D. *Ignatius Clementi* Presbyter Beneventanus , SSmi D. N. Bened. XIII. familiaris , dimisso Benef. die 4. Maii 1728. admissus fuit coadiutor Rmi D. Antonii Dodlei . Obiit d. R. D. Clementi die 22. Iunii 1735. sub Parochia S. Blasii de Panecta , cujus Cadaver translatum in nostram Basilicam , et de more expositum etc. humatum fuit *in solito tumulo Canonicorum* .

XXXXIIII. R. D. *Antonius Tasca* , Presbyter Theatinae Diaec. SSmi D. N. Innoc. XIII. familiaris , et Eleemosinarius secretus , ac nostrae Basilicae Beneficiatus , die 3. Ianuarii 1723. ante Missam solemnem accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum Rmi D. Riccardi Hovvard de Norfolcia . Praed. D. Antonius Tasca Archiepiscopus Hieropolitan. obiit 23. Decembris 1736 , cujus cadaver de nocte delatum fuit in nostram Basilicam , et indutum more Episcoporum , sepultum fuit capsa plumbea in *Capella Sacr. Reliquiar.*

XXXXV. R. P. D. *Ioannes de Lerma* , Diaec. Tricaricensis , Archiepiscopus Tyri in partibus Infidelium , die 4. Septembris 1729. ante Missam solemnem accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum D. Ioannis Francisci Giraud . R. D. Ioseph Ortensius de Rubeis , Clericus Romanus , die 27. Aprilis 1738. admissus fuit ad officium Coadjutoris praesenti R. P. D. de Lerma , cum spe futurae successionis . Die 4. Novembris 1741. ptus Rmus D. de Rubeis accepit possessionem Canonicatus , per obitum dicti R. P. D. Lerma , cujus cadaver humatum fuit *in Sacrario nostrae Basilicae* , die 3. dicti .

XXXXVI. R. D. *Nicolaus Xaverius Albinus* , hujus Basilicae Ca-

nonicus, die 22. Decembris 1726. exhibuit litteras Apostolicas super commutatione sui Canonicatus cum alio vacan. per assumptionem Rmi D. Marci Antonii Anzidei ad Episcopatum Perusinum, firmis remanentibus Turno, Stallo, et Antianitate, ac sine solutione ingressus. Obiit 11. Aprilis 1740. cujus cadaver translatum in nostram Basilicam, die dicti, humatum fuit in *solito Tumulo DD. Canonicorum*.

XXXXVII. R. D. Ioan. Andreas Riccius, nobilis Romanus, die 13. Decembris 1692. accepit possessionem Canonicatus vacan. per resignationem D. Iulii Ricci sui Patrui. Die 18. Aprilis 1746. obiit dictus Rmus Andreas Riccius, Canonicor. Decanus, et *in solito tumulo Canonicor. in Sacrario Basilicae* existen. fuit sepultus.

XXXXVIII. R. D. *Nicolaus Maria Origus*, nobilis Romanus, Clericus, die 30. Novemb. 1719. ante Missar. solemnia ad officium Coadjutoris R. P. D. Dominici de Paulis admissus fuit, vigore literar. Apostolicar. SSmi D. N. D. Clementis XI. Die vero 3. Martii 1722. idem Rmus D. Origus, tempore matutino, accepit possessionem Canonicatus per obitum dicti R. P. D. de Zaulis, secutum die 1. dicti mensis Martii hora 14. obiit die 9. Iulii 1748. et ejus cadaver translatum in nostram Sacrosanctam Basilicam, *in solito tumulo Canonicor.* humatum fuit.

XXXXVIIII. R. D. Thomas Cervinus, Patriarcha Ierosolymitanus, et Canonicus Archidiaconus, obiit die 29. Iulii 1751. aetatis suae 87. m. 9. sub Paroecia S. Augustini, et tumulatus fuit *in Sacrario nostrae SS. Basilicae*.

L. R. D. *Alexander Belmonti*, Clericus nobilis de Caminiat. Ariminen. die 25. Decembris 1743. accepit possessionem Canonicatus vacan. per liberam dimissionem in manibus Pontificis a R. P. D. Simonetto ad Gubernat. Vrbis assumpto factam, et a SSmo D. N. Benedicto XIV. fuit provisus, ut ejus familiaris. Item Rmus D. *Alexander Belmonti*, unus ex quatuor majoribus Camerariis, qui in suo munere obeundo diligentissimus fuit, diem suum clausit extremum in Palatio Apostolico Quirinali 22. Martii 1754, cujus cadaver die sequenti, praecipuo funeris honore, ad nostram Basilicam delatum, solemnibusque exequiis peractis, *in solito Canonicorum tumulo* sepultum fuit.

LI. R. D. *Paulus Antonius Frescobaldi*, Clericus Florentinus, SSmi D. N. D. Clementis XII. familiaris, et continuus commensalis, die 12. Octobris 1732. ante Missam solemnem accepit possessionem Canonica-

tus vacan. per assumptionem ad dignitatem Cardinalatus R. P. D. Agapiti Musca. Suprad. Paulus Antonius Frescobaldi obiit die 19. Aprilis 1756. sub Parochia S. Catharinae de Rota, cujus cadaver, die sequenti, de nocte translatum fuit in nostram Basilicam, et post solemne funus, sepultum fuit *in solito tumulo Canonicorum*.

LII. R. D. *Scipio Guglielmi*, Clericus Aesinus, die 28. Novembris 1762. ante Missam solemnem, accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem Rm̃i D. Philippi Amadei ad Episcopatum Perusinum. Obiit die 16. Maii 1764. hora 5. sequentis noctis, in domo SS. Ioannis, et Pauli, RR. PP. Congregationis Missionis in Monte Caelio, ubi ad spiritualia exercitia explenda se contulerat Sac. Presbyteratus ordinem suscipiendi gratia; cujus corpus cadaver effectum, privatim in domo suae habitationis, translatum fuit sub Parochia S. Mariae supra Minervam, ex qua, sequenti die, ad nostram Basilicam noctu delatum, solemnibusque exequiis die 18. dicti mensis, a toto Clero Vaticano in Choro peractis, *in solito Canonicorum tumulo* tumulatum fuit.

LIII. *Laurentius Ghigi Montori*, Clericus Patritius Romanus, Sacrosanctae Liberianae Basilicae Canonicus, die 2. Februarii 1737. tempore matutino accepit possessionem Canonicatus vacan. per obitum R. P. D. Antonii Tasca, Archiepiscopi Hierapolitani. Obiit Rm̃us Laur. Ghigi sub die 17. Septemb. 1767. cujus cadaver juxta testamentariam dispositionem ad nostram Basilicam delatum, die 18. ejusdem *in Sepulchro Canonicorum* tumulatum fuit.

LIV. R. D. *Carolus Gonzaga*, Clericus Mantuan. die 30. Martii anno 1760. per Procuratorem accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem ad Cardinalatum Em̃i D. Ludovici Valenti, provisus a SSm̃o D. PP. Clemente XIII. Obiit die 13. Martii 1771. in Palatio suae habitationis, in Regione Campi Martii, sub Parochia S. Nicolai de Praefectis. Suprad. Rm̃us D. *Carolus Gonzaga*, Ferdinandi Ducis Mantuae Filius, natus die 21. Martii 1692. Is inter Praelatos Romanae Curiae adscitus, plures Status Ecclesiastici Civitates, quibus Praefectus fuit, optime rexit, commissiones Apostolicas praesertim pro re frumentaria, tum Perusiae, tum in Campania, et Marittima, summa cum laude, obivit, eo vel maxime tempore, quo Hispanae, et Neapolitanae copiae apud Velitras castra habuere. A Praetura Maceratensi ad Clericatum Camerae, mense Martio an. 1760. fuit translatus, et inter Canonicos

hujus SS. Basilicae adscriptus. Pie semper vixit, et obiit in Domino die 13. Martii an. 1771. hora 21. sepultus die 15. *in communi sepulchro Canonicorum*.

LV. Rm̃us D. *Leonardus Petrucci*, Clericus Lunen. Sarzanen. die 7. Novembris 1759. ante Vesperas solemnes accepit possessionem supradicti Canonicatus vacan. per exaltationem ad S. R. E. Cardinalatus dignitatem Em̃i D. Petri Pauli Conti, provisus a SSm̃o D. N. PP. Clemente XIII. Obiit die 4. Martii 1772. circa quartam horam noctis, repentino morbo correptus; cujus cadaver, sequenti die, noctu ad nostram Basilicam delatum, die 6. ejusd. mensis tumulatum fuit.

LVI. R. D. *Michael Angelus Giacomelli*, Presbyter Florentinus, Familiaris, et continuus Commensalis SS. D. N. Clementis PP. XII. die 22. Martii 1739. accepit possessionem Beneficiatus vacant. per exaltationem R. P. D. Radicati ad Episcop. Pisauriensem. R. D. Michael Angelus Giacomelli Presbyter. Pistorien. jam Beneficiatus, a secretis Brevium ad Principes, necnon Familiaris, et continuus Commensalis SSm̃i D. N. Clementis PP. XIII. die 1. Augusti 1766. ante Missam solemnem accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem ad Cardinalatus dignitatem Rm̃i D. Ioannis Caroli Boschi. Creatus deinde fuit Archiepisc. Chalcedonen. Obiit die 17. Aprilis 1774. circa meridiem, cujus cadaver, sequenti die, solemni funere peracto, *in solito Canonicor. Tumulo* humatum fuit. V. p. 1654.

In lamina plumbea supra Capsam hujusmodi Inscriptio fuit insculpta.

D. O. M.
MICHAEL ANGELVS GIACOMELLVS
ARCHIEP̄VS CHALCEDONENSIS
AC
SACROSANCTÆ VATICANÆ
BASILICÆ CANONICVS
VIXIT ANNOS
LXXVIII.
MENSES VII. DIES V.
OBIIT
DIE XVII. APRILIS
A. D.
MDCCLXXIV.

Vir fuit omni virtutum, ac doctrinae genere ornatissimus, in Mathematicis praesertim disciplinis, graecisque literis ita versatus, ut omnibus, quicumque eum noverant, prope miraculo esset. Ego certe praestantissimi Praesulis memoriam, quoad vivam, animo colam, meque cum sapientissimo, atque eloquentissimo Sene, dum admodum adolescens essem, quam arctissima familiaritate fuisse conjunctum, nunquam non gloriabor. Si quis vero magni Viri quamdam veluti imaginem intueri cupiat, quae ejus vitam, atque edita ingenii, ac doctrinae referat monumenta, ejus ellogium consulat ab Antonio Matano adornatum, ac Pisis evulgatum, anno MDCCLXXI.

Explicit Canonicorum series, qui in Veteri Sacrario *sepulti fuerunt.*

Rev. Dom. *Benedictus Ancajanus*, Clericus Patritius Spoletanus, die 22. Novembris 1739. accepit possessionem Canonicatus vacan. per assumptionem ad Episcopatum Spoletanum R. P. D. Ludovici ejus Fratris Germani, provisus a SSmo D. N. Clem. XII. Obiit die 14. Sept. anno 1781. sub Parochia S. Mariae in Via, cujus corpus sequenti die circa hor. 3. noctis, ad nostram Basilicam delatum, in chorali Cappella expositum fuit; ex qua, sequenti die Dominico post Nonam, solemni funere peracto, *ad novum Canonicor. tumulum*, *novi Sacrarii* nondum perfecti, Cruce praecedenti cum Ceroferariis, et sex intorticiis translatum, in eodem primum tumulatum fuit. V. p. 1451.

INDICES RELIQVIARVM
BASILICAE VATICANAE
AB ALPHARANO ADORNATI

Index insignium Reliquiarum, plurimorumque Corporum Sanctorum in Basilica Vaticana quiescientium.

Dimidiata Corpora Sanctor. Apostolor. Petri, et Paulli, sub Altare majori, juxta quae fuerunt sepulta corpora horum Summorum Pontificum, videlicet

Pontificum, et Martyrum.

S. Lini.
S. Cleti.
S. Anacleti.
S. Evaristi.
S. Sixti I.
S. Telesfori.
S. Hygini.
S. Pii I.
S. Eleutherii.
S. Victoris.
S. Joannis I.

Pontificum, et Confessor.

SS. Leonis I. et II.
SS. Gregorii I. et II.
S. Zachariae.

Item Corpora horum Sanctorum *ut scribit Petrus Mallius Canonicus.*

S. Fabiani PP. et Martyris.
S. Sebastiani Martyris.
S. Gorgonii Martyris.
S. Tiburtii Martyris filii Chromatii.
S. Petronillae Virginis filiae S. Petri Apostoli.
SS. Processi, et Martyniani Militum, et Martir.
S. Peregrini Martyris.
S. Iohannis Chrisostomi Archiepiscopi Constantinopolitani.
SS. Simonis, et Judae Apostolorum.

Item Brachia horum Sanctorum, sub quibusdam Altaribus jam dirutis. *non adsunt in Bas. nunc.*

Brachium S. Silvestri Papae.
Brachium S. Lucae Evangelistae.[1]
Brachium S. Andreae Apostoli.
Brachium S. Longini (adest in Reliquiario)
Brachium S. Luciae Virginis, et Martyris sub ejus Altari.
Sudarium D. N. Jesu Christi.
Lancea, cum qua ejus latus fuit perforatum.
Caput S. Andreae Apostoli.
Cathedra S. Petri Apostoli.
Culcitra, qua Corpora Martyrum involvebantur.

Item Corpora Infrascriptorum Sanctorum Pontificum, prout in Cathalogo Sanctorum.

1 Consule lib. eruditissimum Cl. Praesulis Borgiae de Vat. Confess. p. 236. 248.

Pontificum, et Confessorum.
S. Sergii I.
S. Simplicii I.
S. Gelasii I.
S. Leonis III. IV. et IX.
S. Agapiti I.
S. Symmachi I.
S. Hormisdae.
S. Felicis IV.
S. Bonifacii IV.
SS. Johannis II. et III.
S. Pelagii I. et II.
S. Benedicti I. et II.
S. Gregorii III.
S. Stephani II. et III.
S. Pauli I.
S. Hadriani I.
S. Nicolai I.

In Cappella parvula in Atrio Basilicae, sub musiva Navi [1], exstat tabula marmorea, quae multarum Reliquiarum Sanctorum ibi reconditarum memoriam comprehendit, sic [2] etc.

S. Lucii Papae. S. Pymenii Pbri. Sanctorum Chrysanti, et Trasonis. S. Gaii Papae. S. Quirici. S. Militi. Sanctorum Trophi, et Caloceri. Sanctorum Zepherini Papae, et Tarsicii. S. Ippoliti. Sanctorum Quiriaci, Largi, Smaragdi, et Archelai. Sanctorum Conii, et aliorum Sanctorum, quorum nomina Deus scit. S. Januarii. Sanctorum xxv. Sanctorum Pamphyli, et Pauli. Sanctorum Projecti, et Sederi. Sanctorum Optati, et Policani. S. Dionysii Papae. S. Nemesii DC. Sanctarum Dariae, et Hilariae. Sanctarum Memmiae, et Julianae. Sanctarum Arthemiae, et Concordiae. Sanctarum Sophiae, Pistis, Helpis, et Acapae. S. Conchiliae, et Trifoniae, seu Cyrillae. Sānctorum Stephani, et Silvestri.

1 V. Ios. Mar. Suaresii Notitiam musivo expressae opere Naviculae in Basilica S. Petri. Romae 1675. ac Diarium Litter. Roma 1676. p. 183.

2 *Idem Alph. ibid.* In questo Portico, verso la Chiesa vi sono altre tre porte, quali respondeno dentro al Atrio de detta Chiesa di S. Pietro, et accanto alla porta, che è a man sinistra nel intrar del Atrio vi è una Cappelletta antichissima, tutta dipinta di figure de' Santi, et Angeli, et Nuntiatione della gloriosa Vergine Maria, et a mano manca del Altare de questa Cappelletta vi è una pietra di marmo, dove sono scritti l' infrascritti nomi de' Santi. Vid.

Iuxta locum, ubi erat praedictum Pii Quarti tumulum, in quo loco, ut diximus, S. Abundii Altare antiquitus erat, sequebatur ostium, per quod ad Sancti Vincentii Mart. Ecclesiam aa, iter patebat, quo etiam vetustate cluso, nunc eundem in locum Beatae Mariae Virginis eximium cum Alt. Sacellum 108. ab Innoc. 8. exstructum, ac dotatum, ut supra commemoravimus, translatum est, et supra dicti Sacelli Ciborium, multae Reliquiae Sanctorum Martyrum, Confessorum, ac Virginum collocatae sunt, quae, feria II. Paschae, Populo summa cum veneratione ostenduntur, in triginta octo Tabernaculis, sive Thecis distributae, quarum series haec est, vid.

In primo Tabernaculo deaurato, instar Arboris elaborato, est de Ligno SSmae Crucis Domini Nostri Jesu Xpi. De Reliquiis Sanctorum Nerii, Achillei, atque Pancratii Mart. Foelicissimi, et Agapiti, et aliorum Martirum Primi, et Foeliciani, Gorgonii, et Marcellini Mart. Valentini Mart. Sanctorum quadraginta Mart. Sanctor. quinque millium Martyr. Sanctor. Decem millium Mart. Sanctar. Luciae, et Geminiani Mart. Sanctor. Faeliciani Mart. Pinci, Justini, Vincentii, et Petronillae Virg. De pulvere collecto cum sanguine S. Agathae Virg. et Mart. De Reliquiis Sanctor. Theodori Mart. et plurimor. Martyr. De monte Thabor, et Monte Quarantenae, ubi Jesus Xpus D. N. Iesus Cristus jejunavit. De terra loci, ubi D. N. Jesus Xpus apparuit Mariae Magdalenae. De monte, ubi Xpus ascendit in Coelum. De Scutella, ubi Maria Jacobi, et Salome comederunt.

In secundo Tabernaculo aeneo deaurato, est Costa S. Venantii Mart. magna devotione, simul cum Pallio aureo, a fideli Populo Civitatis Camerini in hanc Sacrosanctam Basilicam delatis.

In tertio Tabernaculo ex ebore elaborato sunt Reliquiae Sanctor. Calixti PP. et Mart., Martini PP. et Mart., Fabiani PP. et Mart. Sixti II. PP. et Mart. Blasii, et Policarpi Episcoporum Mart. Agapiti, et Hippoliti Mart. Prothi, et Januarii Martyrum, Foeliciani, et Zosimi Mart. Vndecim millium Martirum; et Reliq. unius ex societate S. Hippoliti Mart. et de Capite S. Ioannis PP. et Mart.

In quarto Tabernaculo triangulari deaurato sunt Reliq. SS. Alexandri, et Philippi Mart. Vndecim millium Virginum, et Eustachii Abba-

tis Lexonen. De sepulcro S. Ludovici. De Reliquiis SS. Simplicii, et Valerii Mart., et S. Thomae Aquinatis, qui cum per octavam Paschae in hac Sacrosancta Basilica praedicaret, mulierem, quae ejus vestimenti fimbriam tetigerat, a fluxu sanguinis liberavit. Est etiam Dens cum Reliq. S. Desiderii Episcopi, et Mart. et Reliq. Sanctor. Domicillae, et Sociar. ejus, et de Brachio S. Cristophori Mart.

In 5. Tabernaculo aeneo deaurato, sunt Reliquiae SS. Bonifacii PP. Martini Episcopi, et Confessoris, Hilarii Episcopi, et Confessoris, Pauli primi heremitae, Vrsi Abb. De Capite S. Antonii Abbatis, et de Reliq. S. Alexii Confessoris, cujus transitus sanctissimus mirabiliter fuit revelatus in hac Sacrosancta Basilica.

In *6.* Tabernaculo, sive Theca aeburnea sunt Reliquiae, vid. de Veste, Tunica, Calligis, Cilitio, Capillis S. Francisci Confessoris, et de sanguine, qui ex ejus sacris Stigmatibus fluxit, et de habitu albo, in quo mortuus est. De stola S. Dominici Confess., de cute capitis cum capillis S. Antonii de Padua Confess., et de tunica S. Bernardini Conf.

In 7. Tabernaculo, est mentum S. Hieronymi Praesbyteri, et Confessoris, de Brachio S. Basilii Episcopi, et Confess., et de brachio S. Gregorii primi Pont. et Confessor.

In 8. Tabernaculo, sive Capsula, sunt Reliquiae SS. Leonum I. II. III. et IV. Summorum Pontificum, et Confessorum.

In *9.* Tabernaculo ligneo deaurato, sunt reliq. de ossibus, et Sepulcro S. Catharinae Virginis, et Martyris, et de oleo, quod ex suo corpore manat.

In 10. Tabernaculo ex Christallo elaboratae sunt Reliquiae SS. Theodorae, et Bibianae Virginum, et Mart., et Sanctar. Susannae, et Columbae Virginum. De Vnguibus S. Clarae Virginis. De Costa S. Judictae Virginis, et Mart. et de Reliq. S. Mariae Jacobi Sororis B. Mariae semper Virginis.

In XI. Tabernaculo, sive Theca, serico, et auro operta sunt Reliq. De Capite, Brachio, et Velo S. Agathae Virg. et Mart. et de Reliq. Sanctar. Balbinae, et Ruffinae Virginum.

In XII. Tabernaculo, sive Theca, serico, et auro operta sunt de Brachio S. Mariae Aegiptiacae, et de Capillis S. Mariae Magdalenae, quibus pedes Domini Nostri Jesu Xpi extersit, et Reliq. plurimorum Sanctorum.

In XIII. Tabernaculo ex cristallo, est brachium S. Guglielmi Confessoris Ordinis S. Augustini, et de lorica ejusdem, qua utebatur super nudam carnem pro cilitio.

In XIV. Tabernaculo est brachium S. Gregorii Nazianzeni Episcopi, et Confessoris.

In XV. Tabernaculo ex cristallo elaborato est brachium S. Vincentii Mart. Ordinis S. Dominici, et de Reliq. Sanctor. Vincentii, et Anastasii Martyrum.

In XVI. Tabernaculo, ex eodem cristallo, elaborato est brachium S. Longini Mart., quo lancea latus Domini Nostri Jesu Xpi in Cruce pendentis aperuit.

In XVII. Tabernaculo, ex eod. cristallo, est Brachium S. Joseph ab Arimathia Conf. qui deposuit Dominum Nostrum Jesum Xpum de Cruce in sinu suae SSmae Matris Virg. Mariae.

In X. Octavo Tabernaculo, sive Theca magna, serico, et auro operta est Ossuris, sive Tibia S. Severi Archiepiscopi Ravennae Confessoris. De brachio S. Stephani Prothomart., de Capitibus SS. Pudentianae, et Margaritae Virginum, Costa unius Sancti, vel Sanctae, cujus nomen Deus scit. Duo Clavi passionis aliquor. Sanctor. Martirum Chirotheca ex serico integra cum ossibus digitorum manus alicujus S. Pontificis, cujus nomen ignoratur. Bona pars Crinium flavorum capitis alicujus S. Virginis, cujus nomen Deus scit. Quindecim Ampullae ex cristallo, quarum aliae habent mannam, aliae sanguinem congelatum, aliae oléum, quarum Inscriptiones temporum injuria exoleverunt, inter quas est una cum Manna S. Joh. Baptistae; altera cum Manna S. Andreae Apostoli. Multa quoque fragmenta Ossium, et Vestium Sanguine Sanctor. Martyrum aspersarum, sunt involuta serico albo, et nigro, quorum nomina Deus scit. Adest quoque magna congeries Reliquiarum loci Terrae Sanctae Hierusalem, vid. de monte Calvario, ubi Xpus fuit Cruci affixus. De terra horti, ubi Xpus apparuit Mariae Magdalenae. De mensa Caenae Domini. De Lapide Speluncae Lazari. De Lapide illius loci, ubi S. Lucretius fecit magnam poenitentiam. De carcere Sanctae Catharinae Virginis, ubi fuit ab Angelo visitata. De Campo Damasceno, ubi Deus formavit Adam. De Domo Zacchariae Prophetae, ubi B. Virgo salutavit Elisabet. De loco, ubi Angelus apparuit Pastoribus dicens, Annuntio vobis gaudium ma-

gnum . De loco , ubi Angelus apparuit Joseph dicens , surge , accipe puerum , et Matrem ejus , et fuge in Aegiptum . De loco , ubi cecidit de lacte B. Mariae Virginis . De loco , ubi Dominus Noster Jesus Xpus convertit aquam in vinum . De deserto , ubi Dominus Noster Jesus Xpus jejunavit quadraginta diebus , et quadraginta noctibus . De deserto , ubi B. Jo. Baptista fecit poenitentiam . De domo Lazzari , Mariae Magdalenae , et Marthae , in qua Dominus Noster Jesus Xpus cum suis Apostolis hospitio recepti fuerunt . De loco , ubi Dominus noster docuit discipulos . Pater noster de loco , ubi Dnus noster praedixit Judicium futurum . De loco , ubi dixit , praecedam vos in Galileam . De loco , ubi occurrit ei Martha dicens , Domine , si fuisses hic , Frater meus non fuisset mortuus . De domo Simonis Leprosi , in qua Dominus noster cum Apostolis caenavit . De porta aurea Hierusalem , per quam Dominus Noster introivit . De horto Montis Oliveti , in quo Dominus noster oravit , et in quo fuit captus a Judaeis . De monte Calvario , ubi fuit Crucifixus . De Campo Acheldama , idest ager sanguinis . De loco , ubi Apostoli composuerunt Credo . De loco , ubi S. Stephanus fuit lapidatus . De domo Abacuc Prophetae , et de domo Eliae Proph.

In 19. Tabernaculo , sive capsula magna ex aere , et argento , auroque elaborata , est humerus S. Christophori Mart.

In 20. Tabernaculo , sive Theca aenea deaurata , est humerus S. Joannis Chrisostomi, Archiepiscopi Constantinopolitani , et mentum cum dentibus S. Servatii Episcopi Trajecten. Conf.

In 21. Tabernaculo , ex aere deaurato , est pars humeri S. Ansuini Episcopi , et Conf.

In 22. Tabernaculo ex argento , cum duobus Angelis elaborato , est Guttur S. Blasii Episcopi , et Martyris .

In 23. est Caput S. Magni Episcopi , et Conf.

In 24. est Caput S. Damasi Papae , et Confess.

In 25. Tabernaculo aeneo deaurato est Caput S. Jacobi intercisi Mart.

In 26. Tabernaculo , sive Theca serico , auroque cooperta est Caput S. Mennae Mart.

In 27. Tabernaculo , sive Theca deaurata , est Caput S. Petronillae Virginis , filiae S. Petri .

In 28. Tabernaculo , sive magna Theca deaurata , optimo cristallo exornata , est Caput S. Sebastiani Mart. , et aliorum Sanctorum , et de

ossibus S. Andreae Apostoli, et digitus auricularis S. Lucae Evang.

In 29. est Caput S. Lucae Evangelistae, totum optimo argento opertum, cum hac Inscriptione. Caput S. Lucae Evangelistae, translatum a Constantinopoli Romam per Beatum Gregorium Doct. PP. Primum, qui etiam S. Pontifex ex eadem Civitate transtulit brachia pti Lucae, et Andreae Apostolorum, quae summo cum honore collocaverat sub Altari S. Andreae antiquissimo, quod erat in ingressu Templi S. Petronillae Virginis, hujus Sanctae Basilicae. V. p. 1068.

In 30. est Vngula cum dentibus ad similitudinem Scorpionum, qua dilaniabantur carnes Sanctorum Mart. dum pendebant in tormento Eculei.

In 31. est Culcitra Sanctorum Martirum.

In 32. Tabernaculo ligneo deaurato, est costa S. Laurentii Mart. de adipe ejusdem, qui ex suo Corpore, dum ureretur, defluxit, de lignis, carbonibus, cineribus, et lapide, supra quem fuit assatus. Item de Reliquiis Sanctorum Luciani Diaconi, Donini, Savini, et Januarii Mart. Blasii Episcopi, et Mart. Vincentii Mart. et Sanctae Ruffinae Virginis.

In 33. Tabernaculo, sive Capsula aenea deaurata, est spatula, sive pars dextri humeri S. Stephani Prothomart., quem Beatus Pelagius Papa huic Sacrosanctae Basilicae donavit. Item de lapidibus, quibus fuit a Judaeis lapidatus, et multae aliae reliquiae Sanctorum.

In 34. Tabernaculo, sive capsula, serico, auroque operta, sunt de cineribus corporis S. Jo. Bapt. De Tibia, et de ossibus S. Andreae Apostoli. De ossibus, et veste Sancti Jacobi majoris Apostoli. De Reliq. S. Bartholomei Apostoli. De Reliq. Sanctorum Philippi, et Jacobi. De Reliq. Sanctorum Simonis, et Judae Apostolorum, et de Reliq. S. Lucae Evangelistae.

In 35. Tabernaculo, ex argento optimo, est digitus S. Petri Principis Apostolorum.

In 36. est tabula, in qua sunt depictae Imagines Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, in quorum medio etiam est Sanctissima Effigies Salvatoris, quae apparuerunt in quiete Constantino Imperatori, quando ostensis sibi dictis Imaginibus a B. Silvestro PP. e Soracte Monte a se accersito agnovit, conversusque ad fidem ab eodem Beato Silvestro baptizatus, et a lepra mundatus, octavo die post susceptum baptismum, hanc fabricam Templi primae Sedis Principis Apostolorum aedificavit, multisque praediis attributis locupletavit, muneribus amplissimis

exornavit. Circumcirca hanc Tabulam sunt appositae hae reliquiae, vid. De Reliq. SS. Coronator. Martir., ét Domitiani Mart. De lapide, ad quem fuit flagellatus Xpus. De Reliq. SS. Vincentii, et alior. De Reliq. SS. Sergii Mart. et SS. Innocentum Mart. De Ossibus, Velo, et Cute Sanctae Constantiae Virginis, filiae ejusdem Constantini Imperatoris. De Reliq. Sancti Antonii Abbatis. De Reliq. S. Sixti PP. et Mart. De Reliq. S. Quirici Mart., et Dens S. Leodegarii Mart.

In 37. Tabernaculo, sive Theca in ebore optime elaborata, sunt hae Reliq. vid. de Cunabulo D N. Jesu Xpi. De foeno Praesepis Domini. De Sepulcro Domini Nostri Jesu Xpi. De loco, in quo fuit inventa Sancta Crux. De Monte Calvario, ubi fuit Cruce affixus. De Petra, Palma, et Oliva Montis Oliveti. De Terra B. M. Virginis. De lapide, supra quem fluxit lac B. M. Virginis, et de velo ejusdem B. M. semper Virginis.

In 38. Tabernaculo, ex aere, et argento optime elaborato, et deaurato cum duobus Angelis, est magna pars ligni SSmae Crucis Domini Nostri Jesu Xpi cum hac inscriptione. *Crux mihi sola salus. Crucem, quam semper adoro. Crux mihi refugium est. Crux mihi sola quies.* Item habetur etiam hic Crux magna auro, argentoque operta, et gemmis antiquis optime elaborata, intra quam est de ligno SSmae Crucis Domini Nostri Jesu Xpi, quam Justinus Imperator piissimus huic Sacrosanctae Basilicae obtulit, in qua est haec inscriptio.

Lignum, quo Cristus humanum subdidit hostem, dat Romae Justinus opem, et Socia decorem.

Sunt, et aliae Tabulae antiquissimae, reliquiis exornatae, et variis picturis SS. insculptae, quas brevitatis causa omittimus.



ELENCHOS RELIQVIARVM
BASILICAE VATICANAE
A IACOBO GRIMALDO CONTEXTVS

NOVIS ACCESSIONIBVS LOCVPLETATVS

Catalogo delle Reliquie, che si conservano con somma venerazione nella Cappella del SSmo Crocefisso della Basilica Vaticana, scritto con quell'ordine, con cui si mostrano al Popolo, la seconda Festa di Pasqua di Risurrezione.

I. Il Capo di S. Petronilla V. il corpo della quale era nel Tempio di S. Petronilla, postovi da S. Paolo PP. I. V. p. 1060.

II. Della Costa di S. Giuditta V. e M. In questo Reliquiario fu prima la Costa di S. Venanzio. Nel piede medesimo vi sono le arme di Gregorio XIII. e di Gio: Battista Perotti.

III. Del Capo delle SS. Margarita V. e M. e Pudenziana V. Nel piede del Reliquiario si legge

PAVLVS . BIZONVS . OLIM . CANONICVS
PIE . OBTVLIT . ANNO . MDCXXXIX.

IV. Delle Reliquie delle SS. Bibiana, e Teodora VV. e MM. e di S. Maria di Giacomo.

V. Delle Reliquie delle SS. Susanna, e Colomba VV. e MM. e delle SS. Balbina, e Rufina VV.

VI. Delle Reliquie di S. Catarina V. e M. e dell'Olio, che miracolosamente scaturisce dal suo Corpo.

VII. Del Braccio di S. Agata V. e M. e del Velo, e Sangue del suo Martirio.

VIII. Dei Capelli di S. Maddalena, e del Braccio di S. Maria Egizziaca.

IX. Delle Reliquie della B. Giovanna Maria Bonomi.

X. Dell'Osso di S. Giovanna Francesca di Sciantal. Nel piede del Reliquiario è scritto.

B.

IO. FRANCISCA

FREMIOT A CHANTAL.

XI. Delli Precordj, e ossa di S. Giuseppe da Copertino Confessore. Nel piede del Reliquiario è questa Iscrizione.

BEATVS

IOSEPH A

CVPERTINO

ORDINIS MINORVM

S. FRANCISCI

CONVENTVALIVM

SACERDOS.

XII. Delle Reliquie del B. Bonaventura da Potenza Confessore.

XIII. Delle Reliquie di S. Filippo Neri Confessore.

XIV. Delle Reliquie del B. Michele de Sanctis Confessore.

XV. Del Braccio di S. Guglielmo Confessore.

XVI. Delle Reliquie di S. Bernardino da Siena Confessore.

XVII. Delle Reliquie di S. Orso Abbate, e di S. Alessio Confessore.

XVIII. Delle Reliquie de' SS. Tommaso d' Aquino Dottore, ed Eustasio Abbate Lussoviense.

XIX. La Gamba di S. Pietro d'Alcantara Confessore.

XX. Del Cilizio, Tonica, e Capelli di S. Francesco, e del Sangue, che uscì dalle sue Stimmate, e del Capo di S. Antonio di Padoa Confessore. Nel Reliquiario vi sono le arme del Rñio Capitolo, e del Rñio Giulio Monterenzj, Governatore di Roma, e Canonico di detta Basilica, e queste Iscrizioni

DE

CVTE CAPITIS

SANCTI ANTONII PATAVINI

CAPILLOS HABENTE



DE SANGVINE CONGELATO QVI FLVXIT DE LATERE
S. FRANCISCI STIGMATIZATI
DE HABITV EIVSDEM IN QVO MORTVVS EST
DE CAPILLIS CILICIO TVNICA VESTE
ET CALIGIS EIVSDEM.

Suptas. SS. Xpi Confessor. Francisci, et Antonii Patavini sacras Reliquias Xistus IV. Pont. Max. Anno M. CD. LXXIX. VI. Idus Decembr. sub Altare Sacelli Chori in veteri Vaticana Basilica ab eo exstructi collocari fecit Et sub Gregorio XIII. M. D. LXXVIII. VII. Kal. Febr. relictis in eadem Ara singular. Reliquiar. portionibus praefatae inde receptae fuerunt venerationi
Fidelium palam exhibendae
Julius Monterentius Bononiensis Vrbis Gubernator
V. Camerarius et hujus Basilicae Canonicus
Ann. M. D. C. XVI.

De Stola Scti
Dominici
Confessoris

De Tunica
S. Bernardini Confess.
Ordinis S. Francisci.

XXI. Delle Reliquie del medesimo S. Antonio, insigne Regalo del Card. Odoardo Farnese. Il disegno del Reliquiario d'oro si dice del famoso Michelangelo Buonaroti. Nel cristallo, che racchiude la detta Reliquia, è inciso, come siegue

DE
CVTE
CAPITIS
S.
ANTONII
PATAVI
NI.

Nel detto Reliquiario è l'arme del medesimo Cardinal Farnese, ed il suo nome

ODOARDVS
S. R. E. DIAC. CARD.
FARNESIVS

XXII. Delle Reliquie di S. Rocco Confessore, il quale col segno della Croce liberò molte Città d'Italia dalla peste.

XXIII. Delle Reliquie del B. Gregorio Barbadigo, Vescovo di Padova. Intorno alla detta Reliquia è scritto

ASPERA. ARTERIA. BEATI. GREGORII. CARD. BARBADICI.

Nel piede del Reliquiario è l'arma, e nome di Clemente PP. XIII. e l'anno, che la donò alla nostra Basilica

CLEMENS
XIII.
PONT. MAX.
AN. 1761.

XXIV. Delle Reliquie di S. Tomasso da Villanova, Arcivescovo di Valenza Confessore. Vi sono queste Iscrizioni

CVSTODIT DOMINVS
OMNIA OSSA EIVS
ET VNVM HOC NON
CONTERETVR PSALM.
33. 21.

CLAVICVLA
D. THOMÆ A VILLANOVA
PER ALEXANDRVM VII.
INTER SANCTOS RELATI
KAL. NOVEMBRIS
MDCLVIII.

XXV. Della Spalla di S. Ansovino Vescovo di Camerino, Confessore. Nel Reliquiario sono queste lettere.

ANGELI . GEORII
VRBANI . PP. VIII.
PINCERNAE . ET . HVIVS . BAS.
CANONICI
DONVM . HVIC . SACRAE . RELIQVIAE
D. ANSOVINI . EPI . CAMERINI
CIVIS . SVI
AN. M. DCXXXI.

XXVI. Il mento di S. Servazio, Vescovo Tongrense, Confess.

XXVII. Delle Reliquie di S. Carlo, Arcivescovo di Milano, Confessore. Nel Piede del Reliquiario sono queste lettere

IO. BERNARDINVS . DE . MARTINIS . ABBAS . S. IACOBI
DE . ALTO . PASSV.

XXVIII. Vna Gamba di S. Severo, Arcivescovo di Ravenna, Confessore. Nella base, che sostiene il Reliquiario, è questa Iscrizione

S. SEVERO . ARCHIEP. RAVENNATI
PETRVS . CARD. ALDOBRANDINVS . S. R. E. CAMERAR.
EIVSDEM . VRBIS . ARCHIEPISCOPVS
OB . SINGVLAREM . IN . IPSVM SANCTVM . ET
BASILICAM. PRINCIPIS . APLOR. PIETATEM

XXIX. Delle Ossa di S. Gregorio, Vescovo di Neocesarea in Ponto, Confessore.

XXX. La Rotella del Ginocchio di S. Rufillo, Vescovo di Forlimpopoli, Confessore.

XXXI. Delle Reliquie di S. Bonifacio IV. Papa, e Confessore, il corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica [1].

[1] Die 20. Ianuarii MDCVI. hora noctis prima, festo Sanctorum Fabiani, et Sebastiani. Coram RR. DD. Pomponio de Magistris, Marco Antonio de

Magistris, Aloysio Cittadino, Antonio Maria Aldobrandino, Iohanne Baptista Bandino, Marcello Phylonardo, et Paride Pallotto Canonicis Sacr. Bas. Vat. post preces Deo fusas, RR. DD. Ascanius Torrius, Ioseph de Dominicis, et Gabriel Lottus Parochi, stolis induti, patenis receperunt sacros cineres, alias sub die xx. Octobris MDCV. per acta mei etc. ad quae etc. repertos sub Altare S. Bonifacii IV. et illos collocarunt intra capsam plumbeam, longam palmis tribus, quartis tribus, latam palm. duobus cum sexto, altam palmis duobus, quam totam sacris ipsis cineribus impleverunt. Delata fuit in novum Templum, praecedente Cruce cum luminibus, ad apsidam, quae meridiem respicit, ante Aram S. Bonifacii IV. ubi R. D. Aloysius Cittadinus stola, ac pluviali rubro indutus benedixit loculum marmoreum. Inde post hymn. *Sanctorum meritis*, antiphonam *Istorum est enim etc.* dixit orationem *Praesta quaesumus, Omnipotens Deus, ut qui gloriosos Martyres etc.* Postea R. D. Marcus Antonius de Magistris Canonicus praedictus, praesentia, et voluntate eorumdem Concanonicorum recepit aliquos ex ipsis sanctis cineribus, et intra Calicem magnum argenteum condidit servandos inter alias Basilicae reliquias, quos idem R. D. Aloysius stola indutus cum luminibus detulit in *Sacrarium*, et in Sacello S. Ioannis Chrysostomi, in armario reliquiarum reposuit. Fuit clausa capsa plumbea cum sacris cineribus, et signis cereis Illmi D. Cardinalis Arpresbyteri obsignata, et intra aliam ligneam inclusa. In plumbeo tegmine haec inscriptio incisa est, lecta adstanti Populo per me Notarium etc. videlicet.

CINERES . MVLTORVM . SANCTORVM . AC . SANCTARVM IN . VATICANA . BASILICA . INTER PORTAS . IVDICII ET . RAVENNIANAM . SVB . ALTARE . SANCTI . BONIFACII PAPAE . IIII. AC . SVB . EIVS . CORPORE . INTRA . LATERITIAM TVMBAM . REPERTOS . ET . IN NOVVM TEMPLVM . PAVLI PAPAE . V. IVSSV . ILLATOS . HIC . IVXTA . CORPVS EIVSDEM . SANCTI . PONTIFICIS . LOCVLO . PLVMBEO RECONDENDOS . CVRAVIT . EVANGELISTA . PALLOTTVS TITVLI. S. LAVRENTII IN LVCINA. CARDINALIS CONSENTINVS HVIVS . BASILICAE . ARCHIPRESBYTER . ANNO MDCVI. DIE XX. IANVARII . PAVLI . PAPAE . V. ANNO . PRIMO .

Harum reliquiarum memoria habetur in Vaticana Bibliotheca, ex regesto Bonifacii VIII. sub dat. Anagniae v. Cal. Maii anno VI. folio CCCLXXXVIIII. numero XXXVII.

Deinde Presbyteri, stolis induti, easdem capsas ligneam, et plumbeam, quas ante Cardinalis benedixerat, cum sacris cineribus demiserunt intra arcam marmoream, quam fabricatores lapide operuerunt, superponentes etiam aliam magnam tabulam, incisam his litteris:

SACRI . CINERES . MVLTORVM . SANCTORVM .

Hic locus est intra septum Altaris S. Bonifacii IV. in nova Basilica, ac in parte Evangelii. Super quibus etc. actus presentibus R. R. D. Evangelista Cittadino Mediolan. Io. Antonio Thomasio, et Benedicto Palmerio Romanis Testibus etc. rogatis. Ego Iacobus Grimaldus Notarius publicus. V. p. 1218. 1235. 1407. 1455.

XXXII. Il Capo di S. Damaso Papa, e Confessore. Il Busto, che racchiude il detto Capo, fu fatto fare dal Pontefice Clemente VIII, levandogli la Teca di legno. Il dì 11. Decembre dell'anno 1595, ricorrendo la Festa del detto S. Damaso, il medesimo Pontefice la benedì, e colle proprie mani ci collocò il SSm̃o Capo. Fu portato processionalmente in giro per la Basilica, e fu posto sull'Altare del Coro; dove fu cantata la Messa dalli Canonici, presente il Rm̃o Capitolo. Nel detto Busto è questa Iscrizione

CAPVT

S. DAMASI PAPÆ ET CONFESSORIS



CLEMENS VIII. PONT. MAX.
VT TANTI PONTIFICIS SACRV CAPVT
DECENTIVS ET RELIGIOSIVS SERVARETVR
THECAM HANC ARGENTEAM FECIT
AN. M. D. XCV. PONT. IIII.

XXXIII. La spalla di S. Giovanni Crisostomo, il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica. V. p. 1096. Nel Reliquiario è scritto

HVMERVS S. IOANNIS CHRYSOSTOMI



PAVLVS BIZONVS
PIE OBTVLIT



XXXIV. Il Braccio di S. Gregorio Nazianzeno, il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica.

1 *Apud Grimaldum in Catal. Reliq. p.* 14. *n.* 20. Argenteo Brachio, in cujus pollice est annulus argenteus inauratus cum Saphyro vitreo, in quo veneranda Reliquia, unum ex brachiis eximii Doctoris Ecclesiae, et Nazianzeni Archiepiscopi S. Gregorii decentissime conservatur, cujus sanctum Corpus ex divina disposi-

tione, et Gregorii XIII. Pont. Max. insigni devotione, Vaticana Basilica possidet. In base pariter argentea, mira arte caelata, haec verba leguntur

BRACHIVM S. GREGORII NAZIANZENI

Ibi sunt insignia gentilitia Octavii Estensis Taxoni, Patritii Ferrariensis, S. Spiritus in Saxia Praeceptoris, dictaeque Basilicae Canonici, cum ejus nomine, his verbis.

OCTAVIVS . ESTENSIS . TAXONVS HVIVS . BASILICAE . VATICANAE CANONICVS . ANNO . DNI . MDCII.

Ex libro rerum memorabilium Vaticanae Basilicae supracitato fol. 23. notatur sollemnissima translatio Sacri Corporis S. Gregorii Nazianzeni ab Ecclesia antiquissima, ejus nomini dicata, in regione Campi Martis (cujus antiquae aedis mentio in vita Leonis III. apud Anastasium fol. 203, et in instrumentis scriptis anno 3. Nicolai II. Ind. IV. die 7. Aprilis locationis Massae, Tarsi Montis, Spinetii, Cerisole, et aliorum fundorum in ipsis nominatorum territorio Plebis S. Cassiani, factae a Constantia Religiosa Ancilla, atque Abbatissa Ven. Monasterii Sanctae Dei Genitricis Mariae, et S. Gregorii, qui vocatur, Nazianzeni, qui ponitur in Campo Martio, illustribus viris Henrico, et Hubaldo Germanis fratribus filiis Vgonis, et in aliis instrumentis Archivi dicti Monasterii) ad Vaticanam Basilicam in Sacellum Gregorianum, die XI. Junii anno MDLXXX. Gregorii XIII. Pont. Max. Anno nono, ibique ritu maxime solemni, in ara ejus nomini dicata superbissimi pti Sacelli collocatum a dicto Summo Pontifice cum tota Curia, ut latissime in allegato libro, et apud Caeremoniarum Magistros Pontificiae Aulae, aliosque notissimos auctores haec illustrissima memoria disertissime commendatur. In hac igitur solemnitate unum ex brachiis ipsius Sancti Corporis Gregorii Nazianzeni, in eadem Basilica perpetuo asservandum, dicti Gregorii XIII. auctoritate acceptum fuit.

De qua translatione ita in dicto Libro fol. 24. notat.

Gregorius XIII. Pontifex Sanctissimus, ut vigilantissimi illius Pastoris, cujus nomen susceperat, virtutum quoque omnium exempla, et potissimum religionis studium, summa cura, et diligentia, divina favente gratia, imitaretur, cum inter alia sacra aedificia ad religionem excitandam, et amplificandam Deo erecta, Sacellum Gregorianum in Vaticana Basilica Deiparae Virgini, et B. Gregorio Nazianzeno dicatum, regio sumptu aedificatum, amplissimae Basilicae magnitudine par, opere vero, et ornamentis longe splendidius, magnificentissime absolutum conspiceret, et post multos annos ad finem perductum videret; ut illud multo illustrius redderet, et fidelium mentibus magis contemplandum, si preciosissimo Reliquiarum thesauro decoraret, quam quod ostro, minio, auroque praefulgens, picturisque eximiis exornaverit, statuit propterea Venerandum Corpus eximii Ecclesiae Orientalis, et scientia, et sanctitate Doctoris Gregorii Nazianzeni, cujus nomine Cappella sacrata erat, quod multos annos pene ignotum in angusta Ecclesia apud Sanctimoniales Campi Martii, Ordinis S. Benedicti jacuerat, in praefatum augustissimum totius Orbis Sacellum transferre, et in Altare, ubi honorificentius custodiretur, recondere, ut uterque Gregorius, et Latinae, et Graecae Ecclesiae praeclarissima lumina, sicut duo praefulgentissima Sydera, in Vaticana Basilica micarent. Indicto igitur a Summo Pontifice die translationis, Illmus Card. Moronus, Protector illius Monasterii, jussu ejusdem Sanctiss., prout in litteris in forma Brevis inferius describendis pñti-

bus tribus Canonicis ab ipso Capitulo ad recognoscendum Sacrum Corpus deputatis, scilicet Ludovico Blanchetto Pontificii Cubiculi Praefecto, Alexandro Musotto, et Vincentio Casalio, xv. Martii 1578. prima noctis hora, pluribus Luminibus accensis, thuribulis, aliisque adhibendis praeparatis, facta prius Oratione ante Altare ipsius Sancti Gregorii Nazianzeni, in Sacello intra claustra Monasterii sito, mandavit superiorem lapidem marmoreum Altaris per fabricatores amoveri, in quo sequens legebatur inscriptio.

SITVM EST SVB HOC DIVINO ALTARI
CORPVS DIVI GREGORII EPISCOPI NAZIANZENI
ET PATRIARCHAE IN CONSTANTINOPOLI SVB THEODOSIO SENIORE
ANNO DOMINI. CCC.°XC°.
OBIIT
TRANSLATVM INDE CORPVS CONSTANTINOPOLIM
DEINDE IN VRBEM ROMAM ET IN HAC ECCLESIA CONDITVM EST
NVPER SVB IVLIO SECVNDO MDV.
POSTREMO EODEM ANNO MENSE IVLII XXIIII.
SVB ABBATISSA MARTIA PALOSIA

Sublato Altare, reperta fuit capsula aerea, in qua cuncta Sacri Corporis gloriosissimi Doctoris Gregorii Nazianzeni asservabantur. Canonici rochetto, et superpellicio induti, summa reverentia, ac devotione eamdem capsulam in arcam, panno serico albo coopertam, collocarunt super Altare Ecclesiae, et sacrum Corpus populo adorandum exposuerunt, ut sequenti, die solemni processionis pompa ad Vaticanam Basilicam deferretur. Adveniente die, quae erat Dominica Passionis XVI. Martii 1578. mutato aere, novas pluvias Auster adduxit, quae noctem totam usque ad meridiem tenuerunt; adeoque ingentes ceciderunt imbres, ut nulla remanserit spes efferendi eo die sacrum Corpus, tantaque solemnitas communi omnium, et Religiosorum, et Laicorum, qui convenerant, moerore impedita fuit, et usque ad mensem Junii translata. Interim sacrum Corpus in dicta capsula, annulo Piscatoris obsignata, in quodam Sacrario ejusdem Ecclesiae positum fuit, et Sacrarii Ostiolum muro clusum, relicta parva fenestra cum ferrea crate, ex qua videri, et adorari posset. Mense Junii, anni MDLXXX, Dominica die, quinta ejusdem, habita fuit concio de laudibus ejusdem Doctoris Gregorii ab egregio Concionatore Verbi Dei Fratre Francisco Pancirola, Cive Mediolanense, Ordinis Observantiae S. Francisci. Die vero xI. Sancti Barnabae Apostoli festivitate celebri, cum omnia ad translationem necessaria ex voto parata essent, viae, quibus transeundum erat, insigniter decoratae tapetibus, stragulis sericis, stratae frondibus, floribusque conspersae, Altaria nonnullis in locis auro, argentoque, et gemmis collucentia erecta, musici concentus suis locis distincti, gloriam, qua gloriosissimus hic Sanctus in Caelis perfruitur, referentes. Hora instante, coepit incedere pompa processionis innumeris luminibus sacrum Corpus praecedentibus, servato ordine, qui statim adjicietur. Ante omnia, Rmus D. Bartholomaeus Farratinus, Episcopus Amerinus, Canonicus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo, ac mitra preciosa indutus, medius

inter Diaconum, et Subdiaconum Canonicos, accessit ante Altare, et deposita mitra, pronunciavit Orat. *Aufer a nobis* etc. postea ascendit Altare, et prosecutus *Oramus te Domine* etc. et adjuvantibus Diacono, et Subdiacono, ac nonnullis aliis Canonicis paratis, delata Capsula super feretrum ante Altare positum, et audiebatur luctus magnus Monialium Monasterii, quae tanto thesauro privabantur, licet brachium ejusdem Sancti apud easdem remaneret, atque a SSmo D. N. erogata fuisset eis eleemosyna mille trecentorum aureorum. Tunc cum Canonici sublevassent feretrum, Chorus Cantorum coepit cantare Responsorium *Surge Sancte Dei* etc. Scholaribus Collegii Graeci juxta Sacrum Corpus, cum habitu eorum communi, hinc inde cum cereis comitantibus. Praecedebant feretrum duo Acolyti thuriferii, cum thuribulis per viam sedulo offerentes incensum, quo ab Episcopo, antequam Corpus amoveretur, benedictum fuerat. Corpus sub umbella impositum deferebatur, quam Senator Vrbis, et Conservatores, ac Magistratus, ab Ecclesia Campi Martii, usque ad Sanctum Triphonem sustinuerunt. Inde reliquo itineris spatio, distinctis vicibus, a variis Proceribus, et Patriciis Romanis, aliisque Nobilibus delata fuit. Processio ab Eccl. Sanctae Mariae Campi Martii, recta via, ad Basilicam Sancti Petri ducta est. Vbique hominum turba viam obsederat; plurimi ex longinquis locis advenerant, ut piae actioni interessent, et indulgentias consequerentur, vixque aditus in tanta populi frequentia patebant; ingentem omnes laetitiam, et devotionem ostendebant; singuli invicem certantes, quo alter alterum in honore Sancti Ecclesiae Doctoris superaret, et orantes pompae transitum intuebantur, sacrumque Corpus venerabantur. Atque ad declinandos ferventissimos Solis aestus magna vela expansa, et in fenestris vel altis trabibus hinc inde confixis suspensa, easdem vias omnes fere adumbrabant. Praesertim vero a Sancto Celso, et Ponte, usque ad Porticum Basilicae erectis tignis, myrto, hederaque ornatis, et S. Gregorii imaginibus, ac insignibus Pontificis, Senatus R. Camerae Apostolicae, et Illustrissimorum Nepotum Cardinalium hinc inde ubique suspensis, et desuper tela candida super posita, omnibus conspicientibus summopere delectabilis reddebatur. Primo loco incedebant Sodalitates Laicorum, et loca pia Orphanorum, et Neophitorum, et fuerunt num. xxxiI. Deinde immediate sequebantur Religiosi Fratres, ac Monachi ex diversis Monasteriis Vrbis; ascendebant ad num. xxiiI. Post hos succedebant Officiales Cancellariae, lumina tenentes. Post quos deferebatur Vexillum Crucis Cleri, quam sequebantur Clerici Seminarii, Parochi, Canonici Ecclesiasticarum Collegiatarum Vrbis, inde tres Patriarcales Basilicae cum Vexillis solitis, et luminibus, hoc ordine servato. Ante Patriarchalem Lateranensem erat Crux Basilicae Vaticanae cum conopaeo, quod Sinnichium vocant; deinde Cantores, Clerici, et Beneficiati superpelliciis induti, cum accensis intorticiis. Deinde Patriarchalis Lateranensis, quam immediate sequebatur alia Crux Vaticanae Basilicae, lata a Beneficiato Subdiacono cum dalmatica. Incedebant post hanc Canonici ejus Vaticani Templi, vid. Curtius Francus, Octavianus Cittadinus, Arnulphus Rainaldus, Rutilius Benzonus, Horatius Capisuccus, Aurelius Savignanus, Philippus Magnascus, Mattheus Contarellus, Aurelius Coperchius, Paulus Palellus, Theodosius Florentius, Alexander Crescentius, Antonius Victorius, Paulus Bizonus, Franciscus Celsus, Michael Cacciaguerra, Paulus Ghisellus, Ludovicus Blanchet-

tus, Mutius Ceulus, Petrus Millinus, Sylvius Sabellus, Andreas Victorius, Martius de Rubeis, habentes casulas, seu planetas superpositas super amictu, et rochetto, etiam Diaconi, et Subdiaconi, ex dispensatione Apostolica, qui vicissim seni feretrum Sacri Corporis deferentes, tela aurea coopertum, cum imaginibus ejusdem Sancti a quatuor partibus egregie depictis, distinctis spatiis mutabantur. Postremo idem Rm̃us D. Episcopus Ferratinus cum mitra preciosa, et Pontificalibus indumentis medius inter Diaconum, et Subdiaconum Canonicos processionem concludebat, quam Illm̃us Senator Vrbis, Dux Sorae, Magistratus Populi Romani, et innumera hominum multitudo comitabatur. Tum ad XXII. horam cum Sacrum Corpus jam transisset molem Hadriani, prae laetitia de more aeneis tormentis explosis, SSm̃us D. N. pluribus Cardinalibus comitantibus, descendit ad Aulam paramentorum, ibique Pluviali albo, Stola, Cingulo, Alba, Amictu, et Mitra preciosa indutus in Sede gestatorea sub baldachino per Regum Oratores, ac alios nobilissimos Viros delato, pervenit ad extremos gradus Basilicae, praecedentibus Scutiferis, Cubiculariis, Secretariis, aliisque Familiaribus, Subdiacono Apostolico Crucem deferente inter duos Ceroferarios, inde Paenitentiariis Papae Sacerdotalibus vestibus indutis, pluribus Abbatibus, Episcopis, et Archiepiscopis cum mitris, et pluvialibus, deinde Rm̃is Dñis Cardinalibus cum tunicellis, et planetis, pluvialibus, et mitris, et Pheretro Sacri Corporis appropinquante, quod a Praelatis Assistentibus de manibus Canonicorum ad medium plateae acceptum, propriis humeris deferebatur sub umbella, quam alii Praelati assistentes sustinebant. Sanctitas Sua obviam processit eidem Sacro Corpori, et pheretro deposito in genua procumbens super pulvinaribus illud una cum Cardinalibus, et reliquis Praelatis adoravit, et Arcam complexus osculatus est. Tum, ut fieri potuit ob ingentem populi turbam, Cruce Pontificia praeeunte, processio Praelatorum, et Cardinalium progressa est ad ipsam Basilicam, Sanctissimo Domino Nostro pedibus feretrum prosequente, et Caesareae Majestatis Oratore pluvialis fimbriam retro elevante, et ante Altare SSm̃i Sacramenti feretrum positum fuit in quodam parvo suggesto, et ad ejus partem laevam Summus Pontifex adoravit. Inde in Gregorianum Sacellum venit, ubi arca ex Pheretro sublata ab eodem SSm̃o, adjuvantibus iisdem Praelatis assistentibus, super Altare deposita fuit, et accepto thuribulo, ministrante Rm̃o Gesualdo, tunc primo Presbytero Cardinale, incensum obtulit Arcae. Quibus peractis, Sanctisssimus in throno suo in eadem Cappella sedente, cum omnia jam disposita, et parata essent, pro more Cappellae Papalis, Domini Cardinales praestiterunt solitam obedientiam. Deinde incaepit Sanctissimus pro Officio translationis Vesperas de Confessore Pontifice, sicut in festo ejusdem S. Gregorii, et ipsis absolutis, more solemni, Cardinales comitati sunt Summum Pontificem ad Aulam paramentorum, et ad horam XXIV. recesserunt, ob nimium calorem aestivum lassi, et defatigati.

Die XII. ejusd. mensis Iunii, Dominica tertia post Pentecosten officium de translatione S. Gregorii Nazianzeni, sicut in ejus festo. Fuit Cappella SSm̃i D. N. Papae in Sacello Gregoriano, in quo Sanctitas sua celebravit maxima cum frequentia Populi de ead. translatione, et in fine Missae, adjuvantibus Praelatis assistentibus, inter quos fuerunt Io. Antonius Fachinettus Patriarcha Ierosolymitanus, postea Innoc. IX. et Io. Baptista Castaneus Archiepiscopus Rossanensis, po-

stea Vrbanus VII. Sanctitas sua reposuit arcam, in qua erat Corpus S. Gregorii intra arcam plumbeam, positam in posteriori parte Altaris non consecrata, et haec inscriptio in lamina argentea insculpta posita fuit super eadem Arca plumbea, videlicet.

Anno salutis MDLXXX. tertio Idus Iunii S. D. N. Gregorius XIII. Pont. Max. Anno sui Pontificatus IX. Beati Gregorii Nazianzeni Episcopi, et Conf. cognomento Theologi, Corpus ab Ecclesia Monasterii Monialium S. Mariae Campi Martii de Vrbe, ubi positum erat antiquitus, comitante processionaliter totius Vrbis Clero cum S. P. Q. R. caeterisque Romanae Curiae ordinibus, incredibili aliunde hominum concursu, ac frequentia hunc in locum transtulit, adposita sigillo Altaris argentea capsula cum Reliquiis. De velo Beatae Mariae Virginis. De capite S. Ioannis Papae, et Martyr. De humero ipsius S. Gregorii Nazianzeni. De Mento S. Hieronymi Presb. et Conf. De Capite S. Hippoliti Mart. De Brachio S. Gregorii Papae primi. De Brachio S. Basilii Episcopi, et Confessoris. De Ligno SS. Crucis D. N. Iesu Christi. De Reliquiis S. Bartholomei Apostoli. De Ossibus S. Iustini Martyris, et Sancti Christophori Mart. De Reliquiis S. Luciae Virg., et Mart. S. Sabinae Mart. De Capite S. Sebastiani Mart., et S. Mennae Martyris.

Dum Sacrum Corpus in Arcam poneretur, Cantores cantabant Antiphonam. *O doctor optime etc.* et posito Corpore Papa cantavit Orationem de Sancto. Sacro Corpore collocato, et arca plumbea bene clausa, superpositus fuit lapis a fabricatoribus, et calce obseratus, et Summus Pontifex, comitantibus RRmis Cardinalibus, ad aulam paramentorum rediit. Tenor indulgentiae a S. D. N. tam in praesenti translatione, quam in Anniversario ejusdem, et aliis festivitatibus concessae, visitantibus idem Sacellum.

Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Dum praecelsa meritorum insignia, quibus Regina Caelorum Virgo Maria, Dei genitrix, Sedibus praelata sydereis, quasi Stella matutina praerutilat, devotae considerationis indagine perscrutamur, quod ipsa, utpote mater misericordiae, et pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur sedula exoratrix, ad Regem, quem genuit, intercedit, dignum quin potius debitum reputamus, ut loca praecipue ad sui nominis laudem, et etiam ad Dei Sanctorum honorem dedicata, spiritualibus muneribus, indulgentiis scilicet, et peccatorum remissionibus decoremus. Cupientes itaque in Cappella nostra Gregoriana, quam in Basilica Divi Petri Principis Apostolorum, summo studio, et devotionis affectu exornari, et in ea devotissimam imaginem B. Mariae semper Virginis de Succursu (1) nuncupatam collocari curavimus, Corpusque Beati Gregorii Nazianzeni Episcopi, et Confess. et alias Sanctorum Reliquias recondere intendimus, ab ipsis Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, ac in debita veneratione habeatur, ipsique fideles eo libentius, et frequentius devotionis causa ad eam confluant, quo exinde caelestibus donis, et gratiis uberius conspexerint, se esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Paulli Apostolorum, ejus auctoritate

(1) *Devota haec Imago B. Mariae erat in Sacello SS. Leonum, retro Organa, in demolitione Bas. sub Iulio II. translata, et an. 1578. 12 Febr. in Gregoriano Sacello reposita solemni processione. Hanc imaginem pingi fecit Paschalis II.*

confisi, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis, ac sanctissima communione refectis, qui dictam Cappellam annuatim, diebus festis Assumptionis ejusdem B. Mariae, et ipsius B. Gregorii Nazianzeni, ac S. Hieronymi, et Basilii, nec non S. Barnabae Apostoli, xI. mensis Junii, qua dictum Corpus, concedente Domino, transferetur, et etiam XII. die immediate sequen. a primis Vesperis, usque ad occasum Solis festivitatum hujusmodi, devote visitaverint, et ibi pro pace inter Principes Christianos, haeresum extirpatione, Sanctaeque matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgengentiam, absolutionem, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, et elargimur. Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Maii MDLXXX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Caesar Glorierius.

Tenor facultatis concessae Illmo Domino Card. Morono consignandi Corpus S. Gregorii Canonicis, et Capitulo S. Petri talis est.

Gregorius Papa XIII. Venerab. Fratri nostro Joanni Episcopo Ostiensi S. R. E. Cardinali Morono nuncupato. Venerabilis Frater noster Salut. etc. Cum statuerimus, ut gloriosum Corpus B. Gregorii Nazianzeni, quod in Ecclesia Monialium Campi Martii Almae Vrbis, Ordinis S. Benedicti, nunc situm est, ad Basilicam S. Petri Apostolorum Principis, die Dominico proximo a Canonicis, et Capitulo ejusdem Basilicae transportetur; idcirco circumspectioni tuae injungimus, ut tu, qui dicti Ordinis Protector existis, per te, vel alium Praelatum a te deputandum Corpus ipsius B. Gregorii hujusmodi capias, et ejusdem Canonicis, et Capitulo tradas, et consignes, contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xiv. Martii MDLXXVIII. Pontificatus nostri anno VI.

Caesar Glorierius.

Ex lib. rerum memorabilium fol. 24. Anno 1580. die Sabb. xI. Iunii, in festo S. Barnabae, Iulius Antonius Sanctorius tit. S. Bartolomei in Insula Card. S. Severinae benedixit Cappellam, ut in reconciliatione Ecclesiae, et consecravit Altare in honorem Deip. Virg. et Sancti Gregorii Nazianzeni. V. p. 818. 1411.

XXXV. Delle Reliquie de' SS. Martino, ed Ilario, Vescovi, e Confessori, di S. Paolo primo Eremita, ed Antonio Abbate.

XXXVI. Delle Reliquie di S. Ormisda Papa, e Confessore, donate dall' Abate Silverio Campana, Beneficiato della nostra Basilica. V. p. 1532. Nel piede del Reliquiario è scritto

RELIQVIA
S.
HORMISDÆ
PAPÆ
ET
CONF.

XXXVII. Delle Reliquie de' SS. Leoni I. II. III. e IV. Papi, e Confessori, li corpi de' quali sono in questa Sacrosanta Basilica. Intorno alla Cassetta d'argento, che racchiude le dette Reliquie, sono queste lettere. V. p. 635.

RELIQVIAE . SANCTORVM . LEONVM . SVMM. PONT. I. II. III. ET IIII.

XXXVIII. Delle Reliquie de' SS. Dottori Girolamo, Basilio, e Gregorio Papa, il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica. V. p. 884.

L'anno 1726. in occasione, che la S. M. di Benedetto XIII. consacrò di nuovo l' Altare di S. Gregorio Nazianzeno, detto la Cappella Gregoriana, l' Emo Card. Annibale Albani ordinò, che si prendessero dall'Altare le sud. reliquie, lasciandone ivi una porzione, e che si ponessero fra le altre in Sagrestia, perchè si esponessero alla pubblica venerazione.

XXXIX. Delle Reliquie di S. Marta, e di S. Sisto I. Papa, e Martire, il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica.

XL. Delle Reliquie di S. Silverio P. e M. donate alla nostra Basilica dall'Ab. Silverio Campana, Beneficiato di detta Basilica. Nel piede del Reliquiario è scritto

RELIQVIA
S. SILVERII
PAPÆ ET MARTYRIS

XLI. Vn tormento, col quale si laceravano le carni de' SS. Martiri. Fu trovato in tempo di Paolo III. in un antico sepolcro, mentre si facevano i fondamenti della nuova Basilica Vaticana. Così nota l' Inventario della Sagrestia, e delle sacre Reliquie, fatto l'anno del Giubileo MDL. che si conserva nell' Archivio Capitolare [1].

1 *V. Baronium in not. ad Martyrologium d.* XXVI. *Iun. Aringhium lib.* I. c. XXIX, *et* II. *cap.* IV. *n.* II. *Bosium lib.* I. *cap.* XX. *p.* 21. *Macrum in Hierolexico, in* Forceps. *Bottarium in* T. II. *Rom. Subt. p.* XII. *Mamachium in* T. III. *Orig. Christ. p.* 204. *ubi ectypon ejusdem ungulae proponit, quod item exhibuit Eminentissimus Garampius in fronte Opusculi, de quo vide p.* 1262.

XLII. Le Reliquie di S. Trifone Martire.

XLIII. Della Costa di S. Venanzio da Camerino M. Nel piede del Reliquiario sono l'arma del Card. Mariano Pierbenedetto, Vescovo di Frascati, e quest' Iscrizione.

MAR.
EPISCOPI. TVSCVL.
S. R. E.
CARD. DE . CAMERINO
DONVM . HVIC . SACRAE . COSTAE
D.
VENANTII MARTYRIS
CIVIS . SVI
ANNO . M. DC. X.



Sotto Gregorio XIII. li Cittadini, e Popolo di Camerino, dalla loro Città mandarono per special devozione la detta Reliquia alla nostra Basilica.

L'anno 1577. alli 9. di Settembre Gio: Battista Perotti Camerinese, e Canonico di detta Basilica, donò un' annuo censo di scudi xiI. perchè si celebrasse una Messa solenne nella Festa di S. Venanzio.

Li 23. Gennaro dell' anno 1611. fu collocata questa Reliquia di nuovo in altro Reliquiario d'argento, per il Rm̃o Marcello Filonardi, Canonico, e Sagrestano Maggiore.

XLIV. Il Capo di S. Giacomo Interciso M.

Ex Instrumen. anni 1441. Pontif. D. Eugenii PP. IV. Ind. v. mensis Iunii die v. Capitulum S. Petri recognovit habuisse ex bonis, et rebus D. Iordani Episcopi Sabinensis, Cardinalis de Vrsinis, Archipresbyteri dictae Basilicae, inter alia bona, Caput S. Iacobi intercisi Mart.

Paulus Lelli Petronii Notarius fol. 10. V. p. 893.

L'anno 1527. questa S. Reliquia fu spogliata della sua Teca dalli Soldati di Borbone.

Dall' Inventario della Sagrestia dell'anno 1550. si legge, che il capo di S. Giacomo Interciso fu collocato in una cassetta di legno, coperta di un panno di seta rossa. Indi dalla devozione del Rm̃o Silvio

Antoniano, Canonico della Basilica, fu di nuovo collocato in una Teca d' argento maravigliosamente lavorata.

CAPVT
S. IACOBI . INTERCISI
MART.



SILVIVS ANTONIANVS CLEMENTIS PP. VIII. GRATIA
HVIVS VATICANÆ BAS. CAN.
FECIT AN. M. D. XCVII.

Nel medesimo piede è l' istoria del suo martirio, elegantemente lavorato in basso rilievo d' argento, con queste parole.

REGIS . GRATIAE . SERVIENS
CHRISTVM . ABNEGAT
LITTERIS . MATRIS . ET . VXORIS
PERMOTVS . PAENITET
CORAM . REGE . CONSTANTER
CHRISTVM . CONFITETVR
HORRIBILI . MARTYRIO
MEMBRATIM . INTERCIDITVR

L' anno Santo 1600. fu donata una lampade d' argento in forma di corona, intagliata di rilievo, ornata di pietre, dall' Illm̃o Sig. Card. Antoniano, per uso dell'Altare delle Reliquie, nella Cappella de' SS. Lamberto, e Servazio, con questa Iscrizione.

SILVIVS ANTONIANVS ROMANVS
EX CANONICO SANCTI PETRI
PRAESBYTER CARDINALIS
A CLEMENTE PP. VIII. FACTVS
S. MARTYRI IACOBO INTERCISO D. DEDIT
ATQVE VT LAMPAS PERPETVO CONLVCEAT
CENSVM ATTRIBVIT
ANNO IVBILEO M. D. C.

XLV. Il Capo di S. Quirino M. Si leggono queste Iscrizioni, la prima nella Base d' argento, e l' altra nel Busto.

S. QVIRINI M. CAPVT
AB . VRBANO . VIII. P. M.
CONCESSVM
QVIRINVS MOZZANVS
HVIVS BASIL. BENEF.
PIE OBTVLIT
MDCXXXIX.

SACRVM . CAPVT
INTVS . REPOSITVM
IDEM . QVIRINVS . MOZZANVS
THECA . HAC . ARGENTEA
MVNIVIT

XLVI. Il Capo di S. Lamberto, Vescovo di Trajetto M. V. p. 1251.

XLVII. Il Braccio di S. Magno Arcivescovo di Trani M. e delle Reliquie di S. Leone Nono Papa, il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica. V. p. 1471.

Erano queste Reliquie nella Chiesa de' SS. Michele, e Magno, unita alla nostra Basilica Vaticana da S. Leone III, il quale l' edificò, e si conservano in una Cassetta di legno, coperta di un panno di seta rossa. V. p. 1088.

L'anno 1602. il Rm̃o Capitolo decretò, che li Canonici Sagrestani Maggiori, Luigi Cittadini, ed Ottavio Tassoni, si prendessero la cura di prendere la detta Cassetta colle S. Reliquie dalla Chiesa di S. Michele, e la riponessero fra le altre reliquie della Sagrestia Vaticana, perchè fossero più religiosamente, e più sicuramente custodite; con che però si riportasse ogni anno in detta Chiesa nel giorno della Dedicazione di S. Michele, ed ivi restasse per tutta l'Ottava, indi fosse riportata alla Sagrestia Vaticana. Questo trasporto fu fatto il primo di Gen-

naro del 1603. Presentemente le dette S. Reliquie sono racchiuse dentro di un braccio d'argento, con queste Iscrizioni

HIC MAGNVS.
VOCABI
TVR



IO. BAPTA
SPADA
PATR. CONS. (CA VS)
BASIL. CAN. (Æ)
AN. 1644.



XLVIII. Il Capo di S. Magno, Arcivescovo di Trani, Martire. Si conservava anche questo tesoro nella detta Chiesa de' SS. Michele, e Magno, in un vaso di rame, in tempo di Martino PP. V. che fu poi trasportato nella Sagrestia Vaticana, perchè con più sicurezza, e venerazione venisse custodito.

L'Anno 1602. Monsignor Bernardino Paolini, Canonico di questa Basilica, e Datario di nostro Signore, ricoprì il detto prezioso Capo di una ricca, ed elegante Teca d'argento.

Lo stesso anno alli 25. di Luglio, festa di S. Giacomo Maggiore, nel Palazzo Quirinale, dopo il Vespero, il Pontefice Clemente VIII. benedì la detta Teca d'argento, ed il dì 19. Agosto ricorrendo la Festa del glorioso S. Martire, fu racchiuso il di lui Capo in detta Teca già benedetta, e portandola processionalmente per il giro della Chiesa, fu poi collocata nella Cappella Gregoriana, dove il lodato Monsignore Paolini cantò la Messa, assistendovi tutto il Clero Vaticano.

Vi sono queste Iscrizioni nel Busto.

SACRVM GLORIOSI MARTYRIS MAGNI
EPISCOPI CAPVT

Nella Base di detta Teca.

BERNARDINVS PAVLINVS FLORENTINVS
CLEMENTIS PAPAE VIII. DATARIVS
HVIVS SACROSANCTAE BASILICAE CANONICVS
RELIGIONE ATQVE PIETATE
THECA HAC ARGENTEA ORNAVIT
ANNO MDCII.

Nell' estremità della detta Base, in ogni lato è scritto

CAPVT S. MAGNI MARTYRIS
ARCHIEPISCOPI TRANENSIS

XLIX. Delle Reliquie di S. Cristoforo M. Si conservavano in una Cassetta di rame indorata, ed ornata di argento, e vi erano questi Versi

HIC TVLIT AMNE DEVM CHRISTVMQVE IN VERTICE VEXIT
PORTITOR HORRENDAE PRAETEREVNTIS AQVAE.
IN QVEM DIRA LVES HOSTIS MORS ATRA CRVENTI
TERRITAT HIC OPIFER NAM VENIT IPSE VENI.
ILLIVS ERGO DIE SACRVM QVI VIDERIT OMNI
MORTE VACAT TRISTI FLETVS ET OMNIS ABEST.
HIC HVMERI PARS EST SACRO VENERANDA SACELLO
CHRISTOPHORI VOTIS CLAVDITVR AMPLA PIIS.

Presentemente sono racchiuse in una Cassetta tutta d'argento con queste lettere.

HVMERVS S. CHRISTOPHORI

L. Il Capo di S. Menna M. Vi è l' Iscrizione di Monsig. Tiberio Mandosi, che lo ricoprì di argento, ed il nome dell'Artefice, che lavorò la Teca. V. p. 1391.

TIBERIVS . MANDOSIVS . CANONICVS . BAS. VAT. S.
MENNAE . MARTYRIS . CAPVT . SVO . OBTEGENDVM .
ARGENTO . CVRAVIT . ANNO IVBILEI . MDC.

ANTONIVS FAENTINVS OPVS . ÆT. SVÆ LXXV.

LI. La Gola di S. Biagio Vescovo, e M. V. p. 658.

LII. Delle Reliquie di S. Lazaro Vescovo, e M. Nel Piede del Reliquiario d'argento, fatto a guisa di colonna, elegantemente lavorato, vi sono le Arme del Pontefice Alessandro VII, del Card. Francesco Barberini, e di Monsig. Ranuccio Scotti, Vescovo del Borgo S. Donnino, e questa Iscrizione.

TIBIAM S. LAZARI . EPI . A . CHRISTO . IN . VI
TAM . RESTITVTI . RAYNVTIVS . SCOTVS
PLACENTINVS . EPVS . BVRGI . S. DONNINI
POST . LEGATIONES . ELVETIAE . ET
GALLIÆ . PREFECTVRAM . PROVINCIÆ
PICENÆ . VICARIATVM . BASILICÆ . S.
PETRI . VRBANO . VIII. PONTIFICE . MA.
BENEFACTORE . FRANCISCO . CARDINALI
BARBERINO . S. R. E. VICECANCELLARIO
ARCHIPRESBITERO . ET . PALATII . APOS.
SVB . INNOCENTIO . X. ET . ALEXANDRO . VII.
SVMM. PONTIFF. PRAEFECTVS . D. D.
ANNO . M. DC. L. VI.

Sotto l' Arma del Pontefice

ALEXANDRO VII. P. M.

Del Cardinal Barberini

FRANCESCO CARDINALE BARBERINO

Di Monsig. Ranuccio

RANVCCIO SCOTTI VES. DEL BORGO S. DONNINO.

LIII. Della Coltre, colla quale si coprivano i Corpi de' SS. MM. quando si portavano a seppellire in questa Sacrosanta Basil. V. p. 1269.

LIV. Delle Reliquie de' SS. Papi e MM. Sisto II. e Giovanni I. il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica.

LV. De' SS. Quaranta MM. e di S. Gorgonio, il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica.

LVI. De' SS. Nereo, ed Achilleo MM.

LVII. De' SS. Policarpo Vescovo, Zosimo, e Gianuario, ed altri SS. MM. Erano queste reliquie, prima in una Cassetta di legno longa quadrata; presentemente sono in un Reliquiario d' argento dorato.

LVIII. Il Capo di S. Sebastiano M. donato dal Card. Giordano Orsini, Vescovo Sabinense, e nostro Arciprete, come è notato nel libro de' Benefattori al fogl. 75. V. p. 893.

Nel sacco di Roma fu sguarnito dell' argento, per cui fu riposto provisionalmente in un tabernacolo di legno. Indi sotto Clemente VIII. P. M. fu di nuovo ricoperto d' argento da questo Rño Capitolo.

LIX. Delle Reliquie de' SS. MM. Fabiano, Calisto, e Martino Sommi Pontefici.

LX. Del Braccio di S. Vincenzo, e delle Reliquie de' SS. Anastasio, e Teodoro MM.

LXI. Il Braccio di S. Longino M. il quale colla Lancia aprì il lato del N. S. Gesù Cristo. Questa Reliquia pure fu spogliata dell' argento nel sacco di Roma, e l' anno 1594. fu di nuovo ricoperto d'argento, come si legge quì appresso, e vi è l' arma del Canonico Girolamo Maffei.

SANCTI LONGINI
HIERONYMVS . MAFFEIVS
CANONICVS . ET . VICARIVS
PIE . OBTVLIT
ANNO . M. D. X. CIIII.

LXII. Il Braccio di S. Giuseppe da Arimathea, Discepolo di nostro Signor Gesù Cristo, il Sacratissimo Corpo del quale fu da esso deposto di Croce. Fu anche esso spogliato dell' argento dalli medesimi Soldati di Borbone, e fu posto provisionalmente in un tabernacolo di legno; indi a spese del Rño Capitolo, fu di nuovo ricoperto d'argento sotto Clemente VIII. Nel piede del Reliquiario vi sono queste semplici lettere.

S. IOSEPHI . AB . ARIMATHIA .

LXIII. Della Spalla e Costa di S. Lorenzo M. L'anno 1479. Sisto PP. IV. prese porzione di detta Costa, ed unitamente alle altre Reliquie de' SS. la fece collocare nell' Altare della Cappella del Coro. Li Soldati di Borbone anche essa spogliarono dell' argento, e fu collocata in un tabernacolo di legno.

L'anno 1611. fu posta di nuovo in un Reliquiario d'argento, dov' è scritto.

DE COSTA . ET . HVMERO . S. LAVRENTII . MARTIRIS

ANGELVS . DAMASCENVS . CANONICVS . BASILICAE .
S. PETRI . SACRIS . RELIQVIIS . DIVI . LAVRENTII .
DICAVIT . AN. SAL. MDCXI.

LXIV. Delle Reliquie di S. Stefano Protomartire.

LXV. Vna Spalla del medesimo S. Stefano Protomartire. Racchiude questa Reliquia un Angelo di argento, con corona in capo simile, in alcune parti dorata, e framezzata con pietre, regalo dell' Illm̃o, e Rm̃o Scipione Cobelluzi, Canonico della Basilica Vaticana, e Segretario de' Brevi del Pontefice Paolo V., indi Cardinale Prete del Titolo di S. Susanna, fatto alla medesima Basilica l'anno 1616. Nel piede, che sostiene l'Angelo, si legge:

A ☧ Ω.
S. PROTOMARTYRIS STEPHANI
SACRI HVMERI PARTEM A
PELAGIO PP. I. IN HANC
PRINCIPIS APOSTOLORVM SS.
BASILICAM TRANSLATI CORONA
AB ANGELO SVSTENTATA
CONDITAM VENERARE

CHARITATEM PRO ARMIS
HABVIT VT NOMINIS SVI
CORONAM ACCIPERET



MARTIRVM INVENTVS EST
PRIMVS IDEO TRIVMPHAT
CORONATVS IN CAELIS



GAVDENS SVSCEPIT LAPIDES
VT MERERETVR ACCIPERE
CORONAM GLORIAE



SCIPIO COBELLVTIVS HVIVS BASILICÆ CANONICVS
D. ANNO MDCXVI.

LXVI. Vn Dito di S. Luca Evangelista, e delle reliquie de' SS. Dottori Girolamo, Basilio, e Gregorio M. il Corpo del quale è in questa Sacrosanta Basilica. Intorno alla reliquia si legge

DIGITVS S· LVCAE
EVANGELISTAE

S. GREGORII PA.	HIERON.
BASILII EPI	THOMAE

Nel piede del Reliquiario è questa Iscrizione.

IN
HONOREM
PRINCIPIS APOSTOLORVM
ET SANCTORVM
QVORVM RELIQVIÆ
HIC SVNT
SEXTILIVS MAZZVCA
CONSENTINVS
EPVS ALEXANEN.
HVIVS BASILICÆ
CANONICVS
OBTVLIT ANNO
DNI
MDCXIX.



LXVII. Il Capo dello stesso San Luca Evangelista, collocato in questa Sacrosanta Basilica da S. Gregorio Magno. V. p. 1195.

LXVIII. Delle Reliquie di S. Andrea Apostolo. Si conservavano in una cassetta di legno rosso, e poi furono collocate in questo Reliquiario, in cui era prima il Dito di S. Pietro, e ancora si legge a' piedi del medesimo, benchè cancellata, questa breve Iscrizione.

DIGITVS
S.TI PETRI
APLI

Nel Piede del detto Reliquiario da un altro lato è scritto.

POMPONIVS. DE. MAGRIS
CAN.S PIE. OBTVLIT



LXIX. Il Capo dell' istesso Sant' Andrea Apostolo. In Capite cum pectore argenteo inaurato, torquem auream margaritis, et unionibus preciosis refertam habente, a Pio II. Summo Pontifice splendide ornato, conservatur Sacrum Caput S. Andreae Apostoli.

Quoniam in Commentariis Pii Secundi lib. VIII. processio ejusdem Sacri Capitis, cum splendidissimo post hominum memoriam apparatu, Dominica Palmarum prid. Idus Aprilis Anno MCCCCLXII. ab eodem Summo Pontifice celebrata, diffuse satis habetur, atque notissima, quique scire cupiat, ipsa legat doctissima Commentaria, visum est ea omittere, et haec breviter subiicere. Donec eidem sacro Vertici locus in Basilica fieret, stetit in Arce Sancti Angeli. Pii verba haec sunt in dictis Commentariis. Exinde ventum est ad locum benedictionis, in quo non minor hominum turba fuit, quam nuper in priori pompa viderunt, et qui noviter advenerant, nobile Apostoli Caput, et benedictionem Pii Praesulis acceperunt, ac remissionem plenariam delictorum, qui confessionis, atque contritionis capaces fuere. Abiit deinde in aedes suas Pontifex, et Sacras Apostoli Reliquias secum ferens, servandas in Arce S. Angeli recondidit, donec ei locus idoneus apparari posset.

Ex dicto Ciborio anno MDCVI. die Mercurii, 25. Januarii, ob deturbatam veterem Basilicam, simul cum Sudario Veronicae, et Lancea defertur in Sacrarium Basilicae, atque in Archivio reponitur sacrum ipsum Caput inclyti Apostoli Andreae, donec in novum Templum deportaretur. Die xxI. Martii, ejusdem anni feria III. majoris hebdomadae simul cum Sudario, et Lancea defertur, hora noctis 3. in novam Basilicam in Suggestum SSmi Sudarii, in dextra maxima parastata summi Tholi, et anno MDCXII. in Vigilia S. Andreae Apostoli, sacrum praefatum Caput ex maeniano Sudarii fuit repositum in Suggesto sinistrae maximae parastatae, ibique hodie magna veneratione colitur, et, cum sua tempora requirunt, populo inde ostenditur. V. 705. 856.

LXX. Le antichissime Imagini delli SS. Apostoli Pietro, e Paolo [1].

1 De iisdem haec protulit doctissimus Card. Garampius de Nummo argenteo Benedicti III. pag. 125. *Restat adhuc in Vat. Bas. Sacrario insignis vetustissima Tabula, in qua SS. Apost. Petri, et Paulli Protomae apparent. Eas Nicolai I. vel Hadriani II. tempore depictas fuisse putat Ios. Sim. Assemannus, qui easdem illustravit in Commentario Kalendarii Graeco Moschi. V. p. 1665.*

Queste Imagini sono dipinte in tavola, e nella cornice, che le contorna, si legge

IN HONOREM SS. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLLI
PAVLVS BIZONVS ROMANVS
HVIVS SACROSANCTAE BASILICAE OLIM CANONICVS
EXORNAVIT

LXXI. Vn Dito del Bm̃o S. Pietro Prencipe degli Apostoli. Nel Reliquiario è scritto

TV VERVS
CLYPEVS
NOBIS

FAVSTVS . ARCHIEPVS
AMASIENSIS . HVIVS
SACROSANCTAE . BASILICAE
CANONICVS . ET . VICARIVS
1640

LXXII. Delle Ceneri di S. Giovan Battista, e delle Reliquie de' SS. Apostoli Andrea, Giacomo Maggiore, e Bartolomeo.

LXXIII. Del manto, e Cingolo del Glorioso Patriarca S. Giuseppe Sposo della SSm̃a V.

Ex libr. MSS. Jacobi Grimaldi Catalog. S. Reliquiar. haec habent. fol. 81.

Ad majorem Dei gloriam, et venerationem S. Iosephi B. V. M. Sponsi R. D. Romulus Spetioli, nostrae Sacros. Basilicae Beneficiatus, die 15. Martii 1712. dono dedit eidem Sacros. Basilicae duas sacras Reliquias in duabus parvis Thecis crystallinis argento in fila redacto ornatis clausas, in quarum una signo Em̃i D. Card. Casoni munita fragmentum Pallii, in altero vero a R. P. D. de Zaulis, Em̃i Cardinalis Vicarii Vicesgerente obsignata, Cinguli ejusdem S. Patriarchae inclusum adest. Vtraeque Thecae postmodum collocatae fuerunt in unico Reliquiario argenteo, alto palmis tribus, effigie divi Iosephi inter brachia

Puerum Iesum tenentis exornato, in quo pariter, ut pro certo habeantur, authenticae laudati Emi Card. Casoni, et R. P. D. de Zaulis fuerunt inclusae, ut latius in Instrumento rog. in actis Abinantis Not. Cap. die, et anno, ut supra.

In eodem argenteo Reliquiario haec incisa sunt.

DE PALLIO
DIVI IOSEPHI
SPONSI
SANCTISSIMAE
DEI GENITRICIS
MARIÆ VIRGINIS
ET DE CINGVLO
EIVSDEM

DIVO
IOSEPH
BONÆ MORTIS
PROTECTORI

ANNO
SALVTIS
MDCCXII.

LXXIV. Dell'osso, e Carne di S. Anna, e delli Capelli della gloriosissima Vergine Maria.

Ex Instrum. Not. Abinantis N. XXIII. p. 248.

In Nomine Dni. Amen. Anno 1713. Ind. 6. Pontificat. SSmi in Xpo Pris et D. N. D. Clementis divina Providentia PP. XI. anno ejus XIII. die vero 7. Febr. Cum Emi, et Rmi DD. Fabritius Card. Paulutius, et Raynutius Cardinalis Pallavicinus quamplurimas Sacras Reliquias existen. in interiori Cappella S. Francisci in Ven. Conventu RR. PP. Ordinis strictioris observantiae S. Francisci ad Ripam Vrbis, de ordine, et mandato SSmi D. N. PP. Clementis XI. recognoverint, collocaverint, sigillisque Emorum, pro identitate earumdem Sacrarum Reliquiarum muniverint, et obligaverint, prout latius continetur in Instrumentis rogat. diebus 16. Septembris, et pma Octobris 1708. per acta D. Iosephi Angeli Sfasciamontis, Notarii Emi D. Cardinalis Almae Vrbis ad quae etc. Cumque ex dictis Sacris Reliquiis praed. Emi et Rmi DD. Car-

dinales dono dederint Sacrosanctae Basil. Vaticanae, ejusq. Illmis, et Rmis DD. Canonicis, et Capitulo, ibidem pñte Illmo, et Rmo D. Riccardo de Norpholk, ejusd. Basilicae Canonico, particulam Capillorum Bmae Virginis Mariae, intro clusam intus Reliquiario argenteo deaurato, et Chrystallo de monte composito, serico filo rubri coloris victo, sigillisque Emar. suarum pro identitate dictae S. Reliquiae obsignato, et Particulam ossis, et Carnis S. Annae intro clausam, intus alio Reliquiario Orichalchi cum Christallo de monte, ut supra victo, et sigillis munito, ad effectum tamen easd. sacras reliquias publice fidelium verificationi in d. Sacros. Basilica exponendi, et inter alias asservandi, et prout latius in d. Instrumento donationis rogato die 18. Junii 1712. per acta D. Iosephi Angeli Sfasciamontis Not. Emi Vicarii, cujus copia pub. hic inseritur tenoris, prout in eo, sitq. pariter, quod d. Illmi et Rmi DD. Canonici ad effectum collocandi d. Sacras Reliquias, et exponendi publice fidelium verificationi fecerint constituere Reliquiarium Argenteum ovatum insulatum, ad formam Ostensorii cum Christallo, et ponderis librarum trium, unciarum trium, et denarior. novem, intus quod in pntia Illmorum, et Rmorum DD. Ioannis Andreae Ricci, et dicti Riccardi Ovardi de Norpholk, ejusd. Basilicae Canonicor. meique Notarii, et Testium Infrascriptor. mediante opera D. Sebastiani Hippoliti, fuerunt collocatae dictae Sacrae Reliquiae ad majorem Dei gloriam etc. et aperta posteriori in serico filo rubri coloris pro identitate dictar. Sacrar. Reliquiarum fuit appositum Sigillum d. Basilicae. Sed etc. Super quibus etc. Datum in Palatio d. Illmi, et Rmi D. Canonici Riccardi Ovardi, posit. in Platea Sorae, pntibus etc. Testibus etc. vocatis etc.

Ita est Francus M. Corvinus Notarius. In quo Reliquiario haec incisa sunt

EX CAPILLIS
B. V. MARIAE
ET EX OSSIBVS
ET CARNE S. ANNÆ
VT EX INSTRO ROG.ATO
IN ACTIS ABINANTIS
DIE 7. FEBRVARII
1713.

LXXV. Della Cuna, e Fieno del Presepio del nostro Signor Gesù Cristo, e del Velo della sua SSma Madre.

L'Anno 1578. in occasione della seconda consagrazione dell'Altare del Coro furono prese queste reliquie, e alli 11. di Decembre del 1607. furono racchiuse in un Reliquiario d'argento, a spese del Canonico Fedeli. Si leggono nel reliquiario queste Iscrizioni

DE
FOENO . IN . QVO . XPVS . IACVIT.
DE
CVNABVLO . EIVSDEM . AC
DE
VELO . DEIPARÆ . VIRGINIS



GERMANI
CVS
FIDELIS
HVIVS BASILICAE
CANONI
CVS
PIO AC
GRATO
ANIMO
DONAVIT
1607.

LXXVI. Del Legno della SS. Croce.

Gregorius XV. ejus portionem accepit, atque alteram Paulus II. Tabernaculum elaboratum, inauratumq. cum pede simili, tempore Georgii Caesarini Canonici majoris Sacristae, Germani fratris bo. me. Iuliani Card. S. Angeli, Archipresbiteri Vaticanae Basilic. eleganter fabrefactum. Asservatur in eo bona pars ligni SSmæ Crucis Dñi Nri Iesu Christi,

quae inventa est in quodam Crucifixo de mosayco, tempore Nicolai V. Pont. Max. in Oratorio S. Crucis a B. Symmacho PP. dicato in ambitu dictae Basilicae, quod idem Nicolaus demolitus est, ampliandi Vaticani Templi gratia, sed morte interceptus non attigit etc.

Hujusmodi reliquiam in Cella, Pietatis *vulgo nuncupata, diebus, quibus Crux Sacrosancta Hierosolymis inventa est, ac de Persis recepta, populus veneratur.*

LXXVII. Croce donata da Giustino Imperatore a questa Sacros. Basilica 1.

1 V. Vgonium Stazioni di Roma p. 103. Joh. Severanum Memorie delle vII. Chiese p. 203. Turrigium rotte Vat. p. 254. Sindonium, et Martinettum, de' pregj della Vat. Bas. Iib. I. p. 46. Paullum M. Paciaudum de cultu S. Ioh. Bapt. p. 263. Dionysium de sacris Vat. Bas. Cryptis in Praef. p. xv. ac praecipue opus luculentissimum supra laudatum Steph. Borgiae. V. pag. 658. Eadem, una cum aliis reliquiis, quas supra memoravimus, Neapoli pretio redempta, ac in Vrbem relata fuit, anno MDXXVIII, quo Clemens VII. jussit, ut ex Aede S. Marci in Bas Vat. sollemni pompa transferrentur, cujus meminit Blasius Baronius Caesenas in Diario apud Turrigium p. 259. hujusmodi verbis. *Eadem die 26. Novembris, post prandium fuit Processio totius Cleri, de mandato D. Pauli Vicarii almae Vrbis, et commissione D. N. Papae, propter reliquias reportatas de Regno Neapolitano ad Vrbem, per Capitaneum Iulianum de Castiglio recollectas, et conservatas a Militibus Imp. qui illas rapuerant, et prostraverant, quarum denominationes, sive intitulationes sunt per me in quadam cedula annotatae, una cum duabus notis praedicti D. Vicarii Pauli. Processio fuit a S. Marco, usque ad Petrum, et portatae solemniter reliquiae, et feci, quod Papa misit 30. intorticia cerae albae ad tale opus.*



Inscriptiones Christianae exstantes in Cella S. Annae.

XXVIII.

CLARVS AMORE PIO VI
RIDI DVM PAVLE IVVENTA
FORTIGVERRA TVAE STIRPIS
HONORE NITES
ADFVIT HEV NIMIVM CRV
DELI PALLIDA FATO
MORS TIBI SAEVA OCVLOS
CLAVSIT ET ATRA TVOS

ANNO DOMINI
MCCCCLXI DIE X
MENSIS MARTY

Pius II. anno 1460. Petrum Fortiguerra, Patrimonii Provinciae Thesaurarium renunciavit. Item Fortignerrae Lucensis, hoc eodem aevo, mentionem faciunt literae Card. Papiensis, ac binae adhuc ineditae, eidem Card. inscriptae, quae in Tabulario Vaticano adservantur. C. M.

XXVIIII.

In Cella SS. Andreae, et Iacobi Maj.

. . . . REGAS EX OSTALREO CITERIORE . . .
. . . . CALLISTI III. SECRETARIO
THESAVRARIOQ. BARCHINONEN.
(sic) (sic)
ET VICCENECCAB CANOCO ET SACRISTAE HEREDES
FACIENDVM CVRARVNT.
VIXIT ANNOS LVII.
MORITVR XIII. KAL. IVLII M. CCCC. LXXV.

Alph. *Innanti la Cappella di Callisto* III. Quae fuse de Barptholomaeo Regas allaturi sumus, habes jam summatim expressa a Cajetano Marinio in T. I. eximii Operis de Archiatris Pontificiis p. 121. cujus humanitati, et eruditioni haec etiam debemus. *Barptholomaeus Regas*, de quo certe loquitur Epitaphium, die xx. Aprilis anni 1455. qua Callixtus III. Pontifex coronatus fuit, quum jam esset a secreto cubiculo Pontificis, atque Vicensis Ecclesiae Hispani Regni Hebdomadarius, renunciatus fuit *Lector literarum Apostolicarum in audientia Contradictarum*, post obitum Jacobi a Vicentia (Reg. Cal. III. T. I. p. 241.) Die xxvI. ejusdem mensis, erat Rector Ecclesiae Parochialis Araguestae in Diaecesi Ilerdensi; ac praeterea Paroeciam S. Eulaliae de Proensana, Diaecesis Barcinonensis, adeptus est (ibid. p. 242.) Die vero xI. Septembris, ejusdem Vicensis Ecclesiae Canonicatu insignitus fuit, post obitum Garziae de Boria (T. III. p. 272. t.) ac die xII. ad regimen Ecclesiae Parochialis S. Martini de Partegas, villae S. Salodamii, Diaecesis Barcinonensis (ibid. p. 271.) evectus fuit.

Die vI. Septembris anni MCDLVI. Secretarii Apostolici munus obire coepit; ac die xxvII. Martii sequentis anni, Rinuccio de Castilione e vivis sublato, inter vI. Secretarios participantes adlectus fuit (T. 30. pag. 259. f.)

Hujusce Secretarii Apostolici nulla occurrit mentio apud Cl. Phil. Bonamicium *de claris Pontificiarum epistolarum Scriptorib.* Eumdem multis fortunae bonis ditatum fuisse conjiciendum est; quippe qui mense Iulio anni MCDLVI. septem mile Florenorum auri Camerae summam Pontifici commodavit (Divers. Camer. T. 18. p. 173. t. 174.) Die xII. Septem. ejusdem anni in Collegium vI. Clericor. Camerae participantium adscitus est, loco Nicolai de Valle, qui e vivis decesserat (T. 30. p. 245. f. T. 32. p. 3. f.) Die vero xvIII. Iunii sequentis anni, quum esset Canonicus Vicensis, et Barcinonensis, Sacrista renunciatus fuit in eadem Ecclesia Vicensi, post obitum Johannis Maraguet. T. 15. p. 49. 58.) Et sane trium hujusmodi munerum mentio occurrit in nostro Epitaphio, quô verbum VICECAM irrepsit pro VICEN.

Sed heic nonnihil etiam addendum est de altero Thesaurarii Apostolici munere, quo Barptholomaeum nostrum decoratum fuisse, eadem docet inscriptio. Porro hoc ei collatum fuit, die prima Augusti anni MCDLVIII, posteaquam Thesaurarii vices obierat, pro Petro Daltello Canonico Barcinonensi, cui usque a die xxvIII. Sept. MCDLV. Thesaurarii munia fuerant adempta. (T. 31. p. 56. f. T. 32. p. 1. T. 30. p. 244. f. Vitale Istoria de'Tesorieri Pontificii p. 26.) Thesaurarii titulo insignitus occurrit, usque ad Octobrem exeuntem an. MCDLVIII. quin tamen unquam hujuscemodi munere functum esse constet, quod, post Callixti obitum adeptus est Nicolaus Fortiguerra Pistoriensis, Theanensis Antistes, deinde S. R. E. Cardinalis, qui Pontificii Ærarii Praefectus renunciatus fuit die vI. Novembris anni MCDLVIX. *per liberas resignationes Francisci Ferrarien. Episcoporum, et Bartholomaei Regas Apostolicae Sedis Notarii de dicto officio, quod ipsorum quilibet ad se de jure spectare, et pertinere asserebat*, ut habetur in diplomate Pii II. Reg. Tom. 38. pag. 211. f.)

Quod vero ad Barptholemaei Regas munera illustranda maxime interest, die xxvI. Julii anno MCDLVIII. Episcopus Barcinonensis renunciatus fuit. Haec enim Sedes Episcopalis vacabat, propter translationem Episcopi Johannis Soler ad

Archiepiscopatum Montis Regalis (T.18. p. 71. f. 229. 230. 232. 237. 238. 242. 329. 331.) Praeterea die xxx. ejusdem Mensis, etsi jam hujusce Episcopatus possessionem iniisset, tamen ei Pontifex indulsit, ut nihilominus pristina Scriptoris litterarum Apostolicarum, et Lectoris in Audientia Contradictarum, munera retinere posset. (T. 32. p. 57. f.) At re quidem vera, nusquam Episcopatu potitus est, ac frustranea evasit hujusmodi collatio, quemadmodum in libris Obligationum Cameralium adnotatum fuit. (T. 76. p. 157.) ac praecipue constat, e duobus Pii II. Diplomatibus, quae heic subnectimus, quaeque non solum diserte nos docent, quo rerum statu Barptholemaeus relictus fuit post Callixti III. obitum, qui eum insignibus beneficiis cumulaverat, sed etiam nonnullorum Episcopatuum historiam, ac praecipue Montis Regalis, mirifice illustrant, quam haud satis compertam, atque exploratam habuit eruditissimus Pyrrhus in Sicil. Sacr. T. I. iII. edit. p. 467.

Pius etc. Dilecto filio Ausiasio Despering. Electo Montis Regalis salutem etc.


Inter cetera que nobis superna dispositione incumbunt peragenda ad id nimirum soliciti corde reddimur et solertes, ut viduatis Ecclesiis, et praesertim Metropolitan. quarum diuturna vacatio est admodum onusta dispendiis et plena periculis, ac discrimina quamplurima secum trahit, tales preficiamus in Pastores, per quorum industriam, et solicitudinem circumspectam indempnitati earum provideatur, ac Ecclesie ipse in spiritualibus et temporalibus feliciter gubernentur. Dudum siquidem fel. record. Nicolaus Papa V. Predecessor noster provisiones omnium Ecclesiarum Cathedralium etiam Metropolitan. apud Sedem Apostolicam tunc vacantium et in antea vacaturar. ordinationi, et dispositioni sue reservavit, decernens ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde Ecclesia Montis Regalis Ord. S. Benedicti, cui bon. mem. Alfonsus Archiepiscopus Montis Regalis, dum viveret presidebat, per obitum ejusdem Alfonsi Archiepiscopi, qui apud Sedem ipsam diem clausit extremum Pastoris Solatio destituta, idem Nicolaus Predecessor de Fratrum Suorum consilio dilectum filium Iohannem carissimi in Christo Filii nostri Iohannis Aragonum tunc Navarre Regis Illustris natum in Sextodecimo, vel circa sue aetatis anno tunc constitutum administratorem ipsius Ecclesie in Spiritualibus, et temporalibus quousque vicesimum Septimum sue etatis annum compleret, fecit constituit, et etiam deputavit, ac voluit, ac decrevit, quod quamprimum ipse Johannes Vicesimum Septimum annum explevisset de persona sua eidem Ecclesie censeretur, per eundem Nicolaum Predecessorem fore provisum, ipseque Johannes ipsi esset prefectus in Archiepiscopum, et Pastorem, ac absque alio provisionis adminiculo verus illius Ecclesie Archiepiscopus existeret. Et deinde pie memorie Calixtus Papa III. etiam Predecessor noster eundem Johannem quamprimum dictum vicesimum Septimum annum attigisset, et etiam ex tunc absque alia provisione Ecclesie Valentin. cui dictus Calixtus Predecessor tempore sue assumptionis ad apicem Summi Apostolatus preerat in Episcopum, et Pastorem sub certis modo, et forma prefecit, necnon Venerabilem Fratrem nostrum Arnaldum Patriarc. Alexandrinum tunc Episcopum Vrgellen. quo Ecclesie Vrgellen. cui tunc ex dispensatione Apostolica tenebatur de consilio, et plenitudine potestatis hujusmodi etiam absol-

vens eum ad praedictam Eccles. Montis Regalis transtulit, ac ipsum illi, nec non de persona quondam Michaelis de Epila eidem Eccles. Vrgellen. per translationem hujusmodi tunc vacan. successive providit. Et subsequenter cum idem Michael litteris super provisione hujusmodi non confectis extra Romanam Curiam fuisset vita functus, prefatus Calistus Predecessor eundem Arnaldum eo id instanter petente a vinculo quo dicte Ecclesie Montis Regalis, cui tunc, ut premittitur tenebatur absolvens ipsum ad prefatam Ecclesiam Vrgellen. restituit, seu ad illam transtulit, eumque illi Vrgellen. Ecclesie prefecit in Episcopum, et Pastorem. Et subsequenter cum Ecclesia Cesaraugustan. Ord. S. Augustini per obitum bo. me. Dalmatii Archiep. Cesaraugustan. extra Romanam Curiam defuncti vacaret, idem Calistus Predecessor prefatum Johannem a quocumque vinculo quo Montis Regalis, et Valentin. Ecclesiis hujusmodi, seu earum alteri forsan astrictus existebat, de Fratrum suorum consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine absolvens ipsum Johannem de dictorum Fratrum consilio perpetuum administratorem dicte Ecclesie Cesaraugustan. in spiritualibus, et temporalibus quousque dictum Vicesimum Septimum annum compleret auctoritate Apostolica fecit constituit, et deputavit, ac voluit, et decrevit, quod primum dictum Vicesimum Septimum annum expleret, ut prefertur ex tunc de persona ipsius Johannis eidem Ecclesie Cesaraugustan. censeretur per dictum Calistum Predecessorem provisum, ipseque Johannes illi esset prefectus in Verum Archiep. et Pastorem, nec non dil. fil. Johannem Solerium Electum Barchinonen. tunc Subdiaconum dicti Calisti Predecessoris, de cujus persona idem Calistus Predecessor Ecclesie Barchinonen. tunc vacan. providerat a vinculo, quo ipsi Ecclesie Barchinonen. tenebatur absolvens ipsum, licet invitum, et non consentientem ad prefatam Eccl. Montis Regalis transtulit, ac ipsum illi in Archiepiscopum, et dil. fil. Bartholomeum Regas dicte Ecclesie Barchinonen. in Episcopum prefecit. Postmodum vero nos qui eodem Calisto Predecessore sicut Domino placuit rebus humanis exempto fuimus ad apicem Summi Apostolatus assumpti attendentes, quod idem Predecessor absolutionem, et provisionem hujusmodi sine causa sufficienti, et sine consilio Cardinalium, et absque illorum subscriptione fecit, ac formam constitutionis super hoc in Concilio Constantien. edite non observavit, quodque dictus Johannes Solerius absolutioni translationi provisioni, et prefectioni de persona sua dicte Ecclesie Montis Regalis factis se opposuit, et illis contradixit, prefatusque Bartholomeus causam Ecclesie Barchinonen. in manibus nostris posuerit, nobisque oraculo vive vocis affirmavit se ratum, et gratum habiturum quicquid in hujusmodi causa per nos factum, et ordinatum foret absolutionem, et translationem dicti Johannis Solerii, nec non provisionem, et prefectionem de persona sua ad eamdem Ecclesiam Montis Regalis, ac provisionem, et prefectionem de persona dicti Bartholomei ad eandem Ecclesiam Barchinonen. factas hujusmodi, et inde secuta quecumque auctoritate Apostolica de Fratrum nostrorum consilio revocavimus cassavimus, et annullavimus, nec non de persona dicti Johannis Solerii eidem Ecclesie Barchinonen. de predictorum Fratrum nostrorum consilio sub certis modo, et forma providimus, eumque illi prefecimus in Episcopum, et Pastorem, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem

secundum premissa eadem Ecclesia Montis Regalis adhuc, ut prefertur vacare noscatur, nullusque de provisione hujusmodi praeter nos, qui provisiones Ecclesiarum hujusmodi apud Sedem predictam vacantium, et imposterum vacaturarum ordinationi, et dispositioni nostre cum similis interpositione decreti reservavimus ad provisionem dicte Ecclesie Montis Regalis vacantis celerem, et felicem, de qua nullus praeter nos hac vice se intromittere potuit, seu potest, reservationibus, et decretis obsisten. supradictis, ne Ecclesia ipsa Montis Regalis longioris vacationis exponatur incomodis paternis, et solicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de preficiendo eidem Ecclesie Montis Regalis vacanti personam utilem, et ydoneam cum fratribus nostris hujusmodi habuimus diligentem demum ad te Subdiaconum nostrum, quem litterarum scientia preditum vite, ac morum honestate decorum in spiritualibus providum, et temporalibus circumspectum, aliisque virtutum donis, prout experientia teste cognovimus, et etiam fide dignorum testimoniis accepimus insignitum dreximus oculos nostre mentis, quibus omnibus attenta meditatione pensatis de persona tua nobis, ac ejusdem Fratribus nostris ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta eidem Ecclesie Montis Regalis sic ut premittitur vacan. de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate predicta providemus, teque illi preficimus in Archiepiscopum, et Pastorem, curam, et administrationem ipsius Ecclesie Montis Regalis tibi in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo in illo qui dat gratias, et largitur premia confidentes, quod dirigente Domino actus tuos eadem Ecclesia Montis Regalis perpetue circumspectionis industriam, et studium fructuosum regetur utiliter, et prospere dirigetur grataque in spiritualibus, et temporalibus suscipiet incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devot. suscipiens curam, et administr. predictas sic exercere studeas solicite fideliter, et prudenter quod Eccl. Montis Regalis prefata Gub. provido, et fructuoso Administratori gaudeat se commissam tuque preter eterne retributionis premium nostram prefateque Sedis bened. et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. 1458. XIV. Kal. Octobris Anno Primo.

Ib.p.408.Pius etc.ad futuram rei memoriam.Decet Apost.Sedem quorumlibet sibi devotorum statui, et honori consulere, et illorum presertim, quos Sedes ipsa ad aliquas ecclesiasticas dignitates evexit, et postmodum ab eisdem aliqua causa duxit retrahendos. Dudum siquidem fel. rec. Calistus PP. III. Predecessor noster Ecclesie Barchinon. tunc certo modo vacanti de persona dilecti filii Iohannis Solerii ad eam Electi providit, et deinde cum antequam per provisionem Iohannis hujusmodi littere Apostolicae per eum habite, et sibi munus consecrationis impensum, ipseque Iohannes illius possessionem assecutus foret, idem Predecessor prefatum Iohannem de eadem Barchinonen. ad Montis Regalis Ecclesiam, que tunc certo modo vacare dicebatur transtulit, nec non prefate Ecclesie Barchinonen. de persona dilecti filii Magistri Bartholomei Regas Canonici et Sacriste Ecclesie Barchinon. providit preficiendo eum illi in Episcopum et Pastorem, prout in ipsius Predecessoris desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem nos qui eodem Predecessore, sicut Domino placuit sublato de medio fuimus divina disponente clementia ad apicem sum-

mi Apostolatus assumpti cum ne dictus Iohannes, qui possessionem, vel quasi regiminis, et administrationis bonorum Ecclesie Montis Regalis hujusmodi non credebatur de facili obtinere posse utriusque dictarum Ecclesiarum, ac pristinorum beneficiorum suorum possessione frustratus remaneret, cum ob alias varias causas hodie prefatum Iohannem ad jus, quod sibi in dicta Ecclesia Barchinonensi ex eadem fuerat provisione quesitum restituerimus, ipsumque Iohannem dicte Ecclesie Barchinonen. prefecerimus in Episcopum et Pastorem. Nos igitur ne dictus Bartholomeus habitu speciali sibi ejusdem sue provisionis vigore tradito ob nostram restitutionem hujusmodi destitutus remaneat eum condigni nominis titulo decorare volentes, motu proprio non ad ipsius Bartholomei, vel alicujus alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate, et certa scientia eundem Bartholomeum in nostrum et prefate Sedis Notarium auctoritate Apostolica tenore presentium recipimus, et aliorum nostrorum, et dicte Sedis Notariorum numero et consortio favorabiliter aggregamus. Volentes quod omnibus et singulis libertatibus, immunitatibus exemptionibus, honoribus privilegiis et gratiis, quibus alii nostri et dicte Sedis Notarii quomodolibet potiuntur, et gaudent, seu potiri, et gaudere quomodolibet possunt, ipse quoque Bartholomeus potiri valeat pariter, et gaudere. Et nihilominus cum sicut accepimus varie super Canonicatibus, et prebendis, aliisque beneficiis ecclesiasticis, necnon officii dicti Bartholomei tanquam per promotionem de persona sua ad eandem Barchinon. Ecclesiam, ac muneris consecrationis sibi faciendi impensionem, seu lapsum temporis de consecrandis Episcopis a Canonibus diffiniti, vel alias vacantibus, vel vacaturis ab eadem Sede impetrationes, et concessiones de illis fact. fore dicantur, propter quas ipse Bartholomeus ab aliquibus super Canonicatibus, prebendis, beneficiis, et officiis hujusmodi, et inter alia super Precentoriam Elnen. ac Barchinonen. et Vicen. Ecclesiarum Canonicatibus, et prebendis, ac Sacristiis, qui quidem Precentoria, et Sacristie inibi dignitatis, seu personatus perpetue administrationes, et Officia etiam curata, et electiva esse dicuntur, ac parrochialibus Ecclesiis de Pinu Barchinonen. et S. Martini de Pertagacio ville de Sancto Celidonio Barchinonen. Dioc., necnon super Clericatu Camere Apostolice, et Scriptoria litterarum Apostolicarum, ac illarum Lectoria in audientia nostra litterarum contradictarum, et quibusvis aliis ejus beneficiis, et officiis ecclesiasticis, et secularibus forsan molestari posset tempore procedente. Nos quieti et statui dicti Bartholomei super hiis oportune providere volentes omnes et singulas etiam motu et scientia similibus de hujusmodi et quibusvis aliis Canonicatibus, et prebendis ac dignitatibus personalibus administrationibus, et officiis, etiam si hujusmodi dignitates personatus etc. Dat. ut supra.



XXX.

D. O. M.
ANTONIO GVRREAE VMBRIACEN. EPO
SACRAE THEOLOGIAE CONSVLTISS.
QVI VIXIT AN. XLV.
ILL. SCILLANVS PRINCEPS ALVMNVS CONSVMATI DOCTORIS
MEMORIAE GRATO AFFECTV PROSPICIENS
HOC MONIM.
B. M. P.
AN. SAL. M. CCCCC. IIII. AVG.

Antonius Guerra, Rector Paroch. Ecclesiae Sandricen, Segebricen. Diaeces. in Subdiaconatus ordine constitutus, Familiaris, Commensalis, et Cubicularius Apostolicus, fit Episcopus Vmbriaticen. prid. non. Febr. 1493. per obitum Francisci (Ex regesto Bullar. Alexandri VI. in Archivo Datariae 20. 29. Anni 9. p. 94. et 96.) C. M.
Vide pag. 1283.

XXXI.

ΑΙΩΝΙΩ ΘΕΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ

INGENTES TIBI GRATIAS AGO MORS
MORS FASTVS HOMINV SEVERA VINDEX
QVAE ME TERRICVLIS MINACIS ORCI
VIVENTEM BENE NACTA × LIBERASTI.
NEC VERO ES MALA TV × SED HERMAE ΓASTRIS.
IN TERRA SIMILIS CHAMAELEONTI.
NA FVRVIS NIGRA × FVLGIDIS QVOD AETHRAES

ALEXANDER . SEX . PONT. MAX
PETRO CARRANZA PROTONOT. AP.
ARCHIDIACONO EX CALATRAVA
AB ARCANO CVBICVLO SVO
BENEMEREN . POS.
AVRA VITALI FVNCTO AN. LXXVII. M.V.D.XIIII.
EADEM DEFVNCTO IDIB. NOVEMB.
M. D. I.

Petrus Caranza Canonicus Hispalensis, Alexandro VI. fuit apprime carus, qui primum ab arcano Cubiculo, postea die IX. Ianuarii anni 1494. inter literarum Apostolicarum Abbreviatores, eum recensuit, loco Bernardini de Lunate, in Purpuratorum Patrum Senatum adlecti, ut narrat Burcardus in Diario ejusdem anni. Eodem anno, die XXVIII. Martii, firmando foederi interfuit, quod contra Galliae Regem, qui Siciliae invasionem minabatur, inter Pontificem, Florentinos, et Alphonsum Siciliae Regem, sancitum fuit. Anno 1496, die VI. Februarii, renunciatus fuit Notarius Apostolicus; ac praeterea muneribus Magisterii precum regesti, ac epistolarum Pontificiarum Sollicitatoris insignitus fuit. Anno 1498. die XXIV. Septem. a Card. Caesare Borgia Sorianum missus fuit, ad ineundam sua vice possessionem ejusdem Oppidi a Card. Bapt. Vrsino eidem Card. Borgiae concessi, quemadmodum constat ex epistola Sorianensibus scripta, quae in Renazzi historia refertur. Adhuc in Archivo Molis Hadrianae, Caranzae epistola adservatur hispano idiomate exarata ad Alexandrum VI. aliaeque plures eidem inscriptae. Hoc autem epitaphium, quod ei idem Pontifex ponendum curavit, elegans sane est, atque ingeniosum. C. M.

De eodem haec narrat Thomas Thomasius nella vita di Cesare Borgia, detto poi il Duca Valentino. In Monte Chiaro appresso Gio. Battista Vero. 2671. 12. p. 311. *Era gia cosi passato in costume lo spoglio de' morti, che venivano richiesti da' Figli a Sua Santità con maggior avidità, e gara, che qualsivoglia altro beneficio, perchè il comodo di essi era tutto presentaneo, dove negli altri vi volea il tratto successivo. E mentre era in Roma il Valentino, che tutto volea assorbire per i suoi correnti bisogni, ne nascea ben spesso tra loro qualche disturbo, come accadette nella morte di* Pietro Caranza, *Cameriere Segreto di Sua Santità, il cui spoglio, oltre alla copia di molti altri beni, ascendente alla somma di ventimila ducati in contanti, ch' erano i piu pregiati, domandato al Papa, et ottenuto da D. Lucretia, fu dal Valentino pigliato di propria autorità, non senza gravissimo suo sentimento*. V. p. 1282. 1477.



XXXII.

D. O. M.
MELCHIOR HIC TEGERIS CASA SIC NOVA CORRVIT ILLI
TV POTERAS NOMEN SOSPES ET ESSE DECVS
VLTERIVS VITAM SI TENDERE FATA DEDISSENT
PLVS NATVRA TIBI TRADERE VIX POTVIT
QVISQVIS ES HIC IACEO CVNCTIS MANET EXITVS VNVS
CORPVS HABET TELLVS MENS INIT ASTRA VALE
MELCHIORI CASANOVAE PROTHONOT. APOST.
GASPAR CASANOVA FRATRI OPTIMO POSVIT
VIXIT ANNOS XV. MENS . V. DIES XIII.
OBIIT XVII. KAL. QVINTILIS M. D. I.

Iacobus de Casanova Valentinus (Reg. Alex. vI. Offic. T. I. pag. 80.) Subdiac. Apost., et Cubicularius Secretus renunciatus fuit die xxiiI. Sept. an. MCDXCIII. (Arm. 34. T. 13. p. 107. Burcardus in Diar. an. 1497.) Vide Marchesium in Histor. Prothonotariorum Apostolicorum. C. M. V. p. 1283.

XXXIII.

DOCTVS ET EFFVLGENS MVLTA VIRTVTE VALISCAR
HIC IACET HISPANI GLORIA RARA SOLI
BARTOLOMAEO VALISCAR VALENTINO SACERDOTIIS
HISPANICIS COMPLVRIBVS ORNATO SEDIS APOST.
SVBDIACONO CANCELLARIAEQVE
NOTARIO DIGNISSIMO
QVI VIXIT ANNIS LX.
PETRVS VALISCAR PATRVO BENEMERENTI POSVIT

Alphar. *Il titolo dell'altra sepultura innanti la Cappella di Callisto III.* D. Barptholomaeus Vallescor, Clericus Valentinus, Cubicularius secretus Domini Papae anno MCDLVII. xviiI. Oct. iniit Acolithatus possessionem. (Call.3. Tom. 32. p. 91. f.) Exstat Diploma absque diei nota in T. 30. p. 300. C. M.V. p.1283.

XXXIIII.

HENRICVS GENTE BORGIA NATIONE HISPANVS
PATRIA VALENTINVS
ALEXANDRI VI. PRONEPOS
DVCIS GANDIAE FILIVS
DVM IN MAXIMAM SPEM ASSVRGERET
IMMATVRA MORTE HEV NIMIVM RAPTVS EST
SPIRITVS IN CAELO
CORPVS HIC REQVIESCIT
VIXIT POST ACCEPTVM CARDINALIS GALERVM
IX. FERME MENSES
AETATIS VERO ANNO XXI.
OBIIT XV. CAL. OCTOB. ANNO DNI MDXXXIX.
ILLVSTRIS .D. IOANNES BORGIA NEPOTI CARISSIMO
VNA CVM R. P. EPO LVCERINO
EX PAVLI III. P. M. MANDATO POSS.

Ciacconius T. III. *col.* 673. XXXVII. *haec habet* . Henricus Borgia , natione Hispanus , patria Valentinus , Alexandri Papae VI. Nepos , Joh. II. Ducis Gandiae , et Franciscae de Castro , et de Pinos filius , B. Francisci Borgiae Praep. Generalis Soc. Jesu patruus , ac Roderici Card. frater , post cujus obitum , ab eodem Paulo Cardinalibus adscriptus , in memoriam beneficiorum ab Alexandro VI. receptorum , Episc. Squillacensis renunciatur , et die sequenti inter Diaconos Cardinales ab eodem Paullo absens adnumeratur , cum Diaconia SS. Nerei , et Achillei ; sed paullo post , dum Romam peteret ad Cardinalis insignia recipienda , die XVI. Sept. an. 1540. Viterbii ex violento , et incognito morbo animam efflavit . Corpus XVIII. die ejusdem mensis Romam delatum in Basil. S. Petri ad Vaticanum , seu , ut alii volunt , in *Sacrario* ejusdem Bas. sepultum , ubi ad ejus sepulcrum haec olim legebatur inscriptio , uti nos monet Franciscus Turrigius'.

Heic autem Ciacconius inscriptionem subdit postremis quinque versibus mancam , quos ex Grimaldo , et Panvinio , (de reb. mem. B. V. T. III. p. 80.) accurate descriptos , ceteris nunc primum adjecimus . Desunt enim vel apud Porreg in Elogiis Cardinalium Hispanorum .

De Card. Henrico Borgia loquitur etiam Vghellius , ubi agit de Episcopis Scyllaeis , eumque die XIII. Decembris anno MDXXXIX. ad eamdem Infulam

erectum fuisse narrat. Quod tamen d. xiI. contigisse, atque ab initio ejusdem Ecclesiae dumtaxat Administratorem, ac deinde Antistitem fuisse constat. De eodem, aliisque Vitis illustribus e Gente Borgia, vide, quae nuper erudite adnotarunt CC. VV. Corn. Bieus, Iac. Bueus, I. B. Fonsonus, in act. SS. Octobris Tom. v. quo dies x, et xI. continentur. Bruxellis 1786. fol. in vita S. Francisci Borgiae.

Praeter hunc, alterum Card. Joh. Borgia nuncupatum, ibidem tumulatum fuisse vidimus p. 1276. Verum bini sunt Cardinales, qui eodem *Ioh. Borgiae* nomine occurrunt, senior nimirum, ac junior. De primo loquitur Pyrrhus in *Sicilia Sacra* inter Episcopos Montis Regalis, et Sammarthani inter Antistites Badocenses. Forte ad eum spectant illa Gasparis Veronensis in T. iI. degli Archiatri p. 204. *Dicerem quoque de Ioh. Borgia, Praepositura Valentina insignito, Nepote Roderici Card. Valentini, perspicacissimo juvene, et memoriosissimo.* Ciacconius Vice-Cancellarium, atque Vrbis Praefectum fuisse narrat. Verum a se imprudens discessit, quum paullo ante pronunciaverit, Ascanium Sfortia, quousque vixit Alexander, Vice Cancellarii munus gessisse. Nusquam vero Vrbis Praefecturam gessit, ut liquido constabit ex historicis monumentis Praefectorum Vrbis, quibus doctissimus Card. Garampius ditavit opus eruditissimum, inscriptum *del valore delle monete* pag. 158. et 222. in appendice, quod optandum maxime est, ut cito in lucem prodeat.

Praeterea una cum iis, et Card. Lopez in eadem Cella sepultum fuisse diximus p. 1276. Card. Franc. Lloris, aut Loris, qui Alexandri VI. Fratris Filius fuit. Ciacconius, et Vghellius Pro-Secretarium, et Thesaurarium Generalem ejusdem Pontificis appellant. Id tamen falsum est. Nusquam enim Thesaurarii munus adeptus est, ut liquet ex eorum serie accuratissima, quam protulit Cl. Fr. Ant. Vitale. Neque Pro-Secretarius dici potest, quod reapse fuit inter Secretarios Apostolicos adscriptus die x. Martii anni 1500, quum subrogatus fuit Elnensis, (non Elvensis) Iacobo Cajetano, qui item ob nonnulla crimina, Vrbis Praefectura privatus fuit. (Regest. Offic. Alex. vI. T. iI. p. 136.) Die vero x. Oct. ejusdem anni huic muneri valedixit, quod Alexio Celadoni Episcopo Gallipolitano collatum fuit (ibid. p. 172.) Praeter Titulum S. M. Novae, alterum etiam S. Sabinae obtinuit, de quo nihil apud Ciacconium; ac die ix. Augusti anni 1503. electus fuit Patriarcha CP. vice defuncti Patriarchae Iohann. Borgia Card. Episcopi Montis Regalis, cui collata fuerat hujusmodi dignitas die xxiv. April. ejusdem anni. Sed mense Majo anni 1498. renunciatus fuit Antistes Interamnensis. Verum, abdicato Episcopatu, die xvII. Aprilis anni 1499. ad eamdem Cathedr. Episcopalem translatus fuit Ventura Bufalini Ep. Castellanus. Hoc autem vita functo, circa medietatem anni 1504. iterum Franciscus ad Sedem Interamnensem reversus est. Itaque Vghellius perperam duos Franciscos distinguit, unumque ab altero diversum putat, ubi nominat Decessorem, et Successorem Bufalini. Eodem anno 1504. die vI. Martii, post obitum Ranerii Guicciardini, renunciatus fuit Episcopus Cortonensis. Haud recte igitur Vghellius ejus vice Card. Franciscum Soderini nominavit, qui ex albo Pastorum Cortonensium expungendus est. Kalendis Iunii anni 1502. a Pontifice missus fuit Commissarius generalis exercitus, a Caesare Borgia ductus, contra Ducem Camerini, Ducatu spoliatum. (Bull. secret. Alex. vI. Tom. vI. p. 93.) Defunctus est ab intestato, opes-

que ab eo relictae, quae ad Cameram pertinebant, direptae, ac celatae a nonnullis fuerunt, contra quos Iulius II. die IV. Aug. anni 1506. severissimum protulit Diploma. (Reg. Brev. Iul. II. Tom. I. pag. 551.) Verum haec haud facile conciliaveris cum altero Diplomate prolato XII. die ejusdem mensis, et anni, quo Pontifex testandi facultatem eidem concessisse narrat. (ibidem p. 548.) Fratres Sammarthani ejusdem meminerunt in Gallia Christiana, ubi de Episcopis Elnensibus, et Valentinensibus. C. M.

In veteri Cella D. N. M. Febrifugiae

XXXV.

RELIQVVM HENRICI DAILMAN
PAVLI II. PONT. MAX. CVBICVLARII
SECRETI SS.APLOR. COLONIEN.
S. IOHANN. TRAIECTEN. AC S. MART. . . .
TREVEREN. DIOC. ECCL. PRAEPOSITI
OBIIT ANNO DNI MCCCCLXXI.
XXI. IVLII.

Apud Alpharanum, qui ejus epitaphium describit, *a destra del Sacello, dov'è l'armario degli argenti*, Grimaldum p. 189. Alverum P. II. p. 207. et Marinium T. II. de Archiatris Pontificiis p. 168. V. p. 1132. *Henricus Daylman*, seu uti quidam volunt, *Dulman*, sive etiam *Dalman*, ut effertur in Diplom. Paulli II. An. 1465. iis inscripto, qui sacris Comitiis interfuerant post obitum Pii II, fuit a secreto cubiculo Paulli II, et Praepositus Ecclesiae Coloniensis SS. Apostosarum, et Vltraiectensis S. Johannis. In eadem Diaecesi Vltrajectensi Paraeciam administravit, ac praefuit etiam Paraeciae Campensi, ac praeterea fuit Canonicus Ecclesiae Hegardensis in Diaecesi Leodiensi, ac anno 1479. ejusdem Cathedralis Leodiensis (Reg. Bull. T. III. pag. 7. T. IV. p. 237. Tom. V. p. 21. Reg. Brev. Paul. II. p. 57. Intr. et Exit. c. a. T. DCXC. p. 72. f.) In MSS. codicibus Tabularii Vaticani, ejusdem occurrit mentio a d. XVII. Junii anni 1465., usque ad diem XV. Novembris anni 1470. Inter editas epistolas Cardinalis Papiensis, num. 296. quaedam exstat, absque diei nota, Pientiae data, ac cuidam Henrico Cubiculario Secreto inscripta, quem hunc ipsum *Henr. Daylman* fuisse, credibile est. C. M. V. p. 1322.

XXXVI.

HIC . REQVIESCIT . IN DÑO
VENERABILIS MGR HENRICVS . *de Zomrin. Theologiae Doctor*
Xisti PP. IIII . . . . . CVBICVLARIVS .
DECANVS ECCLESIE ANTVVERPIEÑ.
QVI . OBIIT . ANNO. M . CCCC . LXXII .
DIE XIIII . AVGVSTI.

Alph. *Nella sinistra del Sacello, dov'e l'armario degli Argenti. Henricus de Zoemeren*, Doctor Parisiensis, aetate sua, singulari floruit doctrinae fama, inter praestantiores Academiae Lovaniensis Praeceptores adnumeratus. Ex diplomate Paulli II. Mens. Aprili ann. 1467. colligitur, eumdem tunc esse Canonicum Eccl. S. Petri Lovaniensis, et Parochum Eccl. Eisel in Diaecesi Leodiensi. Perhonorificam Cl. Viri mentionem, faciunt Sammarthani in Tom. v. *Galliae Christianae* p. 139. ubi Ecclesiae Antuerpiensis Decanorum texunt elenchum. Item ejusdem facit ellogium Fabricius in lib. vII. *Bibl. mediae, et infimae latinitatis*. Prae ceteris autem diligentius, Valerius Andreas Desselius, in opere inscripto, *Fasti Accademici Studii Generalis Lovaniensis*, Lovanii edito anno 1635, ubi p. 55. haec habet. *Henricus de Zoemeren, Doctor Theol. Parisiensis, successit in Praebenda, et Lectione ordinaria Heimerico de Campo ann. 1460. Controversia illi fuit circa materiam de futuris contingentibus cum Petro de Rivo, tunc S. Theol. Baccalaureo, et Philosophiae Professore, caussam hujus amplectente Vniversitate. Quare Henricus Romam appellat, et proficiscitur. Eodem profecti sunt anno 1470. Petrus de Rivo, et Ant. Peck Decretorum Licentiatores, nomine Vniversitatis, annoque sequenti redeunt, lata adversus Vniversitatem sententia. Obiit Henricus* 1472. *dum ex Vrbe redit 19. Kal. Sept. libris, calice, aliisque pro anniversario, atque animae suae refrigerio, relictis Parcensi Monasterio. Scripsit ad instantiam Bessarionis Card. Niceni, Apostolici per Germaniam, ac Belgium Legati*, Epitomen *primae partis Dialogi Oceani. Lovanii* 1481. Idem Scriptor Henricum memorat *in Bibliotheca Belgica Lovanii* 1623. p. 395. ubi ait, Zoemeren Brabantis Vicum esse, additque, *Scriptorum ejusdem de capta Constantinopoli fit mentio in magno Chronico Belgico, Francofurti, typis Manni edito. In Bibliotheca quoque Tigurina lego Henricum quemdam de Zommerer de Haereticis scripsisse, an eundem, nondum comperi*. Verumtamen Fabricius minime dubitat, hujusmodi Epitomen nostro huic Henrico esse tribuendam. Si quis autem celebris controversiae, quam ipse habuit de *futuris contingentibus*, ac sollemnis sententiae de ea in Vrbe prolatae, Xysti IV. jussu, certior fieri vellet, consulat Diarium Volaterrani T. xxIII. Scriptorum rerum Italicarum Muratorii p. 93., et Rainaldum in suis annalibus ad annum 1473. num. 25. praeter Balutium, qui in Praefat. T. IV. Miscellan. meminit Codicis Bibl. Colbertinae, ubi

exstant Henrici Propositiones de futuris contingentibus adversus Petrum de Rivo. Porro in Biblioth. Barberina adservatur Cod. 4151. hoc titulo. *Propositiones per Magistrum Henricum de Zoemeren ex Tractatibus Petri de Rivo, et ex confessatis ab eodem collectae, cum responsionibus ejusdem Petri. Item Petri de Rivo Tractatus de futuris contingentibus responsalis ad Opusculum quoddam Magistri Henr. de Zoemeren. C.M.* V. p. 1322. 1452.

XXXVII.

, A , GEN , PALAVICINVS , EPS , AVRIEN , INNOCENTII
, VIII, PONT, MAX, DATARIVS , OB , SINGVLAREM
ERGA , VIRGINEM , RELIGIONEM ,
, POSVIT ,
, MCCCCLXXXVI ,

In Cubiculo, ubi antiquitus exstabat Cella B. M. a Febribus, super *Sacrarii* ingressum, prope Climacidem Subseliarii, sub Deiparae imagine ab eodem Antistite dono data, quae nunc colitur in Cryptis Vaticanis. Alterius Viri, insignis hujusce familiae, beneficentiae monumentum obversatur apud Alpharanum, qui designat Altare ab Antoniotto Pallavicino Card. in veteri Bas. Vat. excitatum, cujus alibi ita meminit. *Nel Sepolcro d'Antoniotto Palavicino Epitaffio qual stava appresso l'Altare di S. Bartholomeo, et di S. Lucia Verg.*

ANTONIOTTVS CARDINALIS S. PRAXEDIS
MORTEM PRAE OCVLIS HABENS
VIVENS SIBI POS. AN. M. D. I.

XXXVIII.

BARTHOLOMAEO MARASCHO ANTISTITI CASTELLANO
MCCCCLXXXVII.

Alph. *Innante la Cappella della Madonna della Febbre*. Barpholomaeus *Marascha*, seu de *Maraschi*, Praepositus Ecclesiae Mantuanae, die III. Martii anni 1469. erat Acolytus Palatii Apostolici (*V. Arm.* 34 *T.* xiI. *p.* 33. *f.*) ac Pontificis rationum Magister, quod munus mense Novembri anni 1479. exercebat. Ceterum Clar. Philippo Renattio (*Notizie Storiche de' Maggiordomi Pontificii*. *Roma* 1784. *p.* 43.) fraudi fuit mox subjicienda Camerarii syngrapha, cujus caussa eum inter Palatii Apostolici Praefectos adnumeravit (*Armar.* XXIX. *Arch. Vat. t.* 33. *p.* 117.). *Ven. Viro D. Bartholomaeo Marascha S. D. N. Papae Aco-*

lito, *et Palatii Apostolici Magistro domus florenos de Camera* 736. *bajocchos* 52. *denarios* 30. *pro totidem*, *quos visis*, *et examinatis computis receptorum*, *et expositorum per eum pro expensis Palatii Apostolici reperitur plus expendisse*, *quam receperit usque ad* 22. *Augusti* 1472. Die prima Octobris anni 1469. declaratus fuit Acolythus numeri, ac de participantibus, obitu Oldoini del Carretto, Canonici Mediolanensis. Vsque a mense Augusto anni 1468. unum e *Locum tenentibus Depositarii Camerae* fuisse constat, quod quidem munus vel mense Octobri anni 1474. retinuisse liquet. Anno vero 1472. 1473. erat etiam Magister Capellae Pontificiae, ut notat Andreas Adami (*Osservazioni a ben regolare il Coro della Cappella Pontificia. Roma* 1711.) ac mense Octobri anni 1473. Assistens Camerae Apostolicae. Hoc eodem anno Cl. P. Salvator M. de Blasis in epist. I. *intorno ad alcuni libri di prima stampa del Sec.*XV. quae exstat in T. IX. *Opuscoli di Autori Siciliani p.* 293. edidisse narrat librum, cui titulus. *Cominza lo libro della preparazione alla morte intitulato a le illostre Virgine*, *et inclite Sorelle a Dio care Madonna Susanna*, *e Madonna Cecilia de Gonzaga dedicate al Sacro Monastero del Corpo de Christo de Mantua*, *compilato per lo fedele suo Servo Bartholomeo de Maraschi Preposito de Mantua*, *et Depositario de la S. de N. S. Paulo Papa Secundo*. In calce vero hujus libri scriptum fuisse tradit eruditissimus P. Audifredi, in *Catalogo Historico-critico Romanarum editionum Sec.*XV. Romae 1783. 4. p. 141. *MCCCCLXXIII. die prima mensis Februarii P. M. Sixti quarti anno ejus secundo*, *completum est hoc opus in domo Iohannis Philippi familiaris S. in fol par.* Die vero 15. Julii anni 1474. Episc. Tiphernas inauguratus fuit. Anno 1475. fuit Commissarius Camerae, nimirum unus ex ipsius Praefectis, atque hisce muneribus perfunctus est usque ad 1479. Die 23. Novembris anni 1475. Cardinalis Camerarius eum declaravit suum *Locumtenentem ad praesidentiam C. A. et in cura*, *et expeditione omnium negotiorum ipsius Camerae*. An. 1477. Mediolanum ob negotia pertractanda, et anno 1479. Centumcellas missus fuit. Die 14. Aprilis anno 1481. Xystus IV. (*Scip. Volaterranus apud Muratorium* T. XXIII. *rer. Ital. col.* 115. 158. 164.) eum ViceCamerarium renunciavit. Et sane hujusmodi titulo semet ipsum nominavit in Epitaphio, quod Pontificis jussu posuit Petro Balbo Episcopo Tropeae, qui decessit die 9. Dec. anni 1479, non autem die 9. Septembr. uti scripsit Vghellius in T. IX. ac in *Sacrario Vaticano* tumulatus; quod quidem epitaphium necesse est, ut opinemur, post Aprilis medietatem anni 1480. conditum fuisse. Die XXIII. Octobris ejusdem anni generalis Thesaurarius (*F. A. Vitale Memorie istoriche de' Tesorieri Pontificii. p.* XXIX.) electus fuit; quin tamen Vicecamerarii, et Camerae Praesidentiae munera dimitteret. Thesauro praepositus fuit usque ad mensem Junii anni 1483, ex quo tempore quum longe gentium versaretur, suas vices Falco Sinibaldus obivit, qui deinde ab Innocentio VIII. anno 1484. Thesaurarius electus fuit, quum hic Pontifex nostro huic Barptholomaeo parum faveret.

In Diariis Volaterrani a Muratorio editis, ejus nomen occurrit sacrorum caussa, quae in Cappellis Pontificiis solemniter celebravit die 10. Dec. 1480. 2. Dec. 1481, ac 24. Febr. 1482. Anno hoc exeunte, et sub sequentis initio Orator missus fuit in Insubriam, et die 7. Iauuarii 1483. Nuntius Apostolicus declaratus fuit cum facultatibus Legati a Latere (*Scotti Helvetia Sacra*, *e Profana*.

Par. II. *p.* 21.) pro Germania, Imperio Romano, Dacia, Bohemia, Polonia, et Hungaria. In Helvetiam primum se contulit, ubi degit mense Augusto ejusdem anni, atque hinc in Teriolum commigravit apud Sigismundum Austriae Archiducem. Ad reconciliandum Fridericum III. Imperatorem cum Matthia Hungariae Rege plurimum insudavit non minus, quam ad avertenda mala, quae ab Haereticis Pragensibus Catholicis inferebantur. Tres adhuc adservantur satis prolixae, latinaeque literae Pontifici datae e Buda, et Vizgrado die 24. et 26. Octobris ejusdem anni 1483. de Germaniae, ac belli Turcici negotiis. Innocentius VIII. die 3. Ianuarii anno 1484. Romam eum revocavit. Die VII. hujusce mensis Grajaci morabatur, unde dedit Diploma Miscellaneis Raymundi Duellii intextum. Postea injunctum ei fuit, sese in Basileam conferre, ut Archiepiscopum Crainensem reum Apostasiae condemnaret, ac nonnulla gereret negotia cum Saxoniae Duce, et Electoribus Palatino, Coloniensi, ac Trevirensi. Die XX. Iulii anni 1484. Herbipoli degebat. Hujusce Legationis decursu, plus aequo proclivis fuit ad perpetua Indulta largienda pro usu lacticiniorum. Qua de re Innoc. VIII. d. 29. Sept. 1485. ea omnia, quae ipse impertiverat, ad solum quinquennium redaxit. Incompertum est, quonam tempore Italiam redierit. Illud tamen unum a Bellinio deprehenditur, quod mense Decembri 1486. Gubernator Perusinae Civitatis electus, atque illuc missus fuit, ubi tandem decessit, ac Vrbem translatus in Templo D. *Mariae de Febribus* tumulatus fuit, post sollemnem funeris celebrationem, cujus pompa describitur a Ioh. Burcardo in ejus diario MSS. anni 1488. hoc modo. *Feria* IV. 12. *mensis Nov. in* Capella B. Marie de Febribus, *Basilice Principis Apostolorum de Vrbe, hora* 16. *vel circa, habite sunt exequie bo. mem. D. Bartholomei Marasche Mantuan. Civit. Castelli Episcopi, qui in gubernatione existens, Perusii diem clausit extremum, cujus Cadaver, sive ossa, de speciali licentia D. N. Pape per R. P. D. Episcopum Alerien. nuper me presente obtenta, oraculo vive vocis (cum absque hujusmodi licentia corpora mortuorum non possint de suis sepulturis amoveri) illinc adductum fuit, et Romam applicuit per portam B. Marie de Populo, die Sabati prox. preterita* 8. *hujus mensis, ubi in Ecclesia Beate Marie pred. repositum fuit usque ad noctem sine aliqua pompa, in sero eodem precedentibus paucissimis intorticiis etiam sine pompa fuit portatum ad Basilicam praed. S. Petri, et in Capella B. Mariae pred. sepultum, ubi ejus memoria videtur, missam celebravit R. P. D. Petrus Paulus Episc. S. Agathe. Interfuerunt Gubernator Vrbis, Alerien., Tornacen. Melfitan. et plures alii Episc. Palatini, Cubicularii, et Scutiferi Pape, Cantores Capelle nostre, ac Diac., et Subdiacon. Sermonem post Missam fecit Gaspar . . . quo finito celebrans absolvit solus more consueto; supra sepulturam posita fuit Capsa magna alta cum pallio Card. Constantien., et hinc, et inde Cavalletti, cum intorcitiis* XIIII. *a capite, et pede nullum positum fuit, quia non erant candelabra magna, neque locus ordinata fuerunt intorcitia* XIX. *pro sepultura, altari, et celebrante facule unius libre pro Altari, et prelatis XL. medie libre pro Cubiculariis, Scutiferis, Canonicis S. Petri etc. C. et* IV. *unciarum pro Beneficiatis Sancti P. ac aliis CL. scamna pro Prelatis, Cubiculariis etc. fuerunt juxta Cancellum Capelle. Celebrata fuit Missa predicta ad dexteram intrant. et ad sinistram in opposita illorum pro Canonicis S. Petri,*

et ibidem in capite pulpitum pro sermocinante, qui versus ad celebrantem, et Prelatos stabat, Cantores steterunt in Capella juxta Capellam mulieris incluse, et pulpitum eorum cum libro extra illam Capellam ante eos: non interfuerunt funesti sed D. Ioh. Franc. et Ludovicus de Marascis Nepotes defuncti accoliti Apostolici sederunt in locis suis, ut accoliti post Prelatos, alia omnia observata sunt more consueto.

En omnia, quae de vita, ac gestis Praesulis Barpth. Maraschi congerere licuit, de quo Vghellius nil aliud profert, praeterquamquod Episcopus Castellanus fuit inauguratus anno 1474. et anno 1487. Romae decessit. Praeterea in ejus cognomine describendo deceptus est, quippe quod eum *Morani* pro *Maraschi* appellat, itemque hoc modo legit sepulchralem inscriptionem, quam et ipse attulit, ac etiam lapsus est in ejus insigni gentilitio declarando, quod tribus palmis constitisse tradidit, etsi revera esset scutum bifariam divisum, dextraque haberet aquilam capite coronatam et arborem sinistra, uti illud Grimaldus accurate delineavit in libro de Translationibus C. M. V. p. 1322.

Ellogium Petri Balbi sepulcro ab eodem Antistite inscriptum est hujusmodi.

PETRO BALBO EPISCOPO TROPIENSI
QVI OB SINGVLAREM ERVDITIONEM VTRIVSQVE LINGVAE
MVLTA E GRAECO IN LATINVM ELEGANTER TRANSTVLIT
QVIQVE OB SANCTITATEM VITAE ET MODESTIAM
OCTOGESIMVM ANNVM ATTIGIT
B. MARASCA ANTISTES CASTELLANVS
ALMAE VRBIS VICECAMERARIVS
XYSTI IIII PONT. MAX. IVSSV
B. M. FACIVNDVM CVRAVIT
OBIIT DIE VIIII. DECEMBRIS MCCCCLXXVIIII.

Ex Alpharano, qui de eo sic habet. Vn Epitaffio de un sepolcro della Chiesa adesso posto nella Nave del Crucifisso. *Et ex Grimaldo* in lib. de Translationibus. *Necrologium vero Bas. haec litteris consignavit.* Prid. Idus Decembris. Isto die MCCCCLXXVIIII. obiit bo. mem. Rndus in Christo Pr. Dominus Petrus Barbus Episcopus Tropien. et sepultus in nostra Bas. pro cujus anima Reverendus in Christo Pr. D. Bartholomeus Episcopus Castellan. et Magister Domus S. D. N. Sixti, et ab eodem d. Episcopi Executor deputatus donavit predicte nostre Basilice floren. auri de Camera quinquaginta, qui conversi fuerunt in emptione quarte partis domus in qua est hospitium Angeli site in platea ante Pontem Sancti Angeli. Fiat specialis mentio pro eo.



XXXVIIII.

LOCVS EPISCOPI NVCERINI
OSSIBVS DITATVS M. CCCC. XCVIII.
DIE XXVI. MENSIS MAII HORA XII.

BREVCIETTVS SVPERIS ANIMAM REDDENS IACOBVS
HOC SVB TERRENO MARMORE LIQVIT ONVS
QVEM MISIT ROMAM GENITRIX LIMONA EGENTEM
MITRAM MOX ET OPES CVRA LABORQVE DEDIT
QVOD NI MORTALES RVRSVS POST FATA RELINQVAT
HIC PARITER VIRTVS RELIGIOQVE IACENT

Jacobus de *Breuquet*, seu du *Broquet* Canonicus, et Doctor Decretorum, Pontificis Cubicularius electus fuit die 31. Decembris 1487. ac eadem die retinuit Collectoriam Taxae Plumbi in Bullaria epistolarum Apostolicarum, quae Joh. Isore renuntiatione vacavit. Praeterea fuit etiam Magister regesti earumdem epistolarum, atque ipsi Pont. Alex. VI. ab epistulis. *V. Cajet. Marinium in T. I. degli Archiatri Pontificj p.* 272. Vix autem Episcopus renuntiatus fuit, duobus primis muneribus sese abdicavit, quorum unum Joh. de Selves Clerico Hispalensi collatum fuit die 4. Dec. 1492, alterum Baptistae de Savionibus Veneto die 29. Januarii anno 1593. Sed postea Secretariatum Apostolicum quoque renuntiavit, cui successit Marinus Caracciolus Neapolitanus die IX. Decembris 1496. Burchardus in Diariis die XXVI. Maii an. 1498. Jacobi mortem commemorat. Vghellius de cunctis hisce rebus ne verbum quidem facit, contentus Episcopatum Nucerinum, quo auctus fuit, memorasse, ejusque sepulturae locum indicasse in *Sacrario* Vaticanae Basilicae, una cum sepulcrali inscriptione, quam ceteroqui mendose transcripsit. Verumtamen adjungit, Jacobum fuisse Monachum Cisterciensem, suique Ordinis in Vrbe Procuratorem. Itaque operae pretium erit ejusdem Vghellii locum in medium afferre, qui ita habet in T. I. pag. 1125.

Iacobus de Breusqueth Lemovicensis Gallus, Monacus Cisterciensis, inque Rom. Curia Procurator Generalis, ab Alex. VI. Nucer. Ep. electus est 1492. postrema die expirantis Augusti. Hic pro suo ordine turbulentissimis temporibus multos adivit labores, Sixtoque Quarto olim carus, sub Innoc. deinde P. M. Cisterciensem Ordinem per Italiam ob ingluviem Commendatariorum pene collapsum mirabili dexteritate restituit, atque a Sum. Pont. obtentis ornavit, firmavit-

que privilegiis. *Renunciatus vero Episcopus haud inferiorem curam sacrorum habuit*. *Siquidem in Cathedralem multa contulit ornamenta*, *illamque pretiosa supellectile adauxit*, *ditavit*. *Romae diem clausit extremum* 28. *mens. Maii anno* 1498 *inque Bas. Vat. sepultus est in Sacello S. M. de febri*. *Adhuc in Sacrario humi collocatum ejusdem spectatur sepulchrum*, *ubi in praegrandi marmorea tabula cum ejus effigie haec subjecta legitur inscriptio*, *quam ingredientium pedes propemodum deleverunt*. *V. p.* 1322. Quis autem Vghellio, qui et ipse Cisterciensis fuit, rerumque sui Ordinis peritissimus, repugnaverit? Sed tamen Virum doctum hallucinatum esse, non levis suspicio est, ex eo quod in omnibus monumentis, ubi sua munera recensentur, nusquam de ejus statu regulari mentio fiat, quae praeterea sunt hujusmodi, ut Monacho minime convenirent. Munus enim *Apostolici Bullatoris* Laicis, ut ajunt, Monachis Cisterciensibus datum fuit, qui iccirco cognominati sunt *Frati del Piombo*. C. M.

Anticamente, inquit Sarnellius in T.I. Litt. Eccl. p. 5. *due Frati Conversi dell' Ordine Cisterciense avean l' ufficio di bollare i diplomi Pontificii col piombo*, *onde venivano detti*, Fratres de plumbo. *Quest' Vfficio passò poi a' Cherici Secolari*, *i quali anticamente*, *quando andavano in processione con gli altri Vfficiali di Cancelleria*, *solevano portare l'abito di Conversi Cisterciensi*, *in memoria de' sudetti Frati*.

In hac eadem Cella sepultum fuisse diximus p. 1323. *Franciscum Gazzetta*, Perusinum Antistitem, qui in Vaticanis monumentis fere semper *Gacet*, aut *Gazet* nuncupatur. Die XV. Octobr. anni MCDXCIX. inter Pontificis Cubicularios adscriptus, Canonicatu Ecclesiarum Barcinonensis, et Majoricensis fruebatur. Praeterea Perusiae Thesaurarius electus fuit ad quadriennium, ut constat ex diplomate in Tabul. Vat. Obiit anno MCDXIX. die XXIX. Iulii, ut narrat Burcardus, qui eum anno MCDXCVII. inter Sollicitatores Literarum Apost. recenset, atque obitum, ac funus, quo elatus fuit, in Diario ita descripsit. *De obitu Episcopi Perusini. Feria secunda* XXIX. *dicti men. Iulii hora Vesperorum bo. me. d. Franc. Episc. Perusin. SS. D. N. Platus domesticus, Domine Lucretie filie PP. Custos qui nocte pterita in domo inter Basilicam S. Petri*, *et Palatium Rmi D. Card. S. Marie in Porticu*, *diem clausit extremum*, *paratus solito more portatus fuit per portam posteriorem dicte domus*, *per viam Sanctam*, *et juxta palatium Sancti Martinelli*, *per plateam S. Petri ad Basilicam ejusdem*, *et ibidem* in Capella beate Marie de febribus, *ante memoriam Calixti PP. Tertii sepultus*. *Precesserunt eum* XXX. *Intortitia*, *et secuti sunt funesti* XVIII. *bini*, *et bini*, *quorum quatuor erant consanguinei defuncti*, *quod tunc non fuerunt a a Platis more consueto associati*, *quia ego tarde veni*, *cum jam fecissent pene quartam partem itineris*, *nolui mutari aliquid*, *sed permisi sic transire*. *Secuti sunt eos Prelati domestici PP. et familie*, *et Cardinalium in Palatio Apostol. residen. feci fieri Offum*, *et dici libera etc. in medio Basilice presente*, *et Prelatus interim in illius Choro celer. per anxietatem Capellae sepulture sue*, *ad quam finito officio portatus fuit*, *et ibi sepultus*. *C. M.*

In Cella SS. Crucifixi.

XXXX.

VGONI DE LINGLES EQVITI NICOSIENSI
REGNI CYPRI CAMERARIO BERVTIQVE DOMINO
CARLOTTAE DE LVSIGNANO REGINAE CYPRI
INCLYTAE CONSILIARIO FIDISSIMO DVM ILLAM
PER TYRANNIDEM REGNO PVLSAM
APVD SEDEM AP. EXVLANTEM
IN TANTA FORTVNAE INIQVITATE
SVMMA FIDE ET CONSTANTIA
SEQVITVR TIBVRE DEFVNCTO
ET IN VRBEM REDACTO
ANNA VXOR DVLCISS. BENEMER. POSVIT
SEDENTE XYSTO IV.
OBIIT XVIII. AVG. ANN. SAL. MCCCC.
VIXIT AN. LVI. MENS. VIIII. DIES XXVIII.

Alph. *al muro contiguó alla Cappella della Madonna della Febbre. In Lib. Benef. p. 22. f. haec habentur.* Idib. Februarii. Anno Domini 1476. suprad. die D. Vgo de Angelis D. Beruti, et Camerarius Regni Cypri donavit nostrae Basilicae ad Altare Sancti Petri de Bruncio unum Calicem pro uno miraculo in personam suam.

Item uxor D. Vgonis donavit pro anima sua unum Calicem de argento deauratum, et unum dossale de serico azuro cum auro cum armis suis. Item unam planetam de serico rubeo vellutato, cum frixo nigro cum armis suis, cum camiso, stola, manipulo, et amictu cum tobaleis tribus, et una domo corporalis pro usu Altaris, juxta quod dictus Vgo requiescit apud Cappellam S. Mariae de febribus. V. p. 1332. 1333.

XXXXI.

D. O. M.

HIC IACET ALPHONSVS CVI BALISTERVS AVITVM

COGNOMEN PATRIAM CVI DEDIT....

OBIIT MARTY...

M. CCCC. LXXXXVI.

INNOCENTY VIII. AN. PONTIFICATVS

SECVNDO

Iacobus Ballester Clericus Valentin. (Call. 3. 7. 31. p. 14. C. M. V. p. 1333.

XXXXII.

FRANCISCO MACEL. ET MORETAE CVM DOMINO CLARO

SOLARIORVM GENERE VIRO PEDEMONTANO DOCTISSIMO

V. p. 1333.



XXXXIII.

ihic iacet R·P·d·iohānes nūs ex

gonsalua·decretorū·doctor·se·Ap·protho·s·d·n·d·Inno·pape·viij·cubic·sctij...

...ptus ac septem ecclesiarū col

legiatarū canonicus·qui obijt a·no dnī·M·cccc·LXXXVIII·die·undecima·mense octobris

Alph. *a piede a questa Sepultura* (*Vgonis Lingles*). *Iohannes Niis*, Ecclesiae Vltrajectensis S. Iohannis Praepositus fuit, ac decretorum Licentiatus ab Innocentio VIII. anno 1486. die 11. Januarii inter Notarios, seu Prothonotarios Apostolicos adlectus, eodemque anno die 30. Septembris Nuntius, et Collector denariorum S. Petri, aliorumque proventuum, ac fructuum, qui Camerae Apostolicae debentur in Civitate, ac Diaecesi Vltrajectina est renuntiatus. Burcardus in Diariis an. 1496. et 1497. inter Abbreviatores, et Scriptores Apostolicos recenset *Iohann. Niis* tunc Vrbe absentem. C.M. V. p.1333.1452.

XXXXIIII.

DEO. OPT. MAX.
PAVLO. MALCHIONIS
PVTEOLANI. FIL. CVIVS
EGREGIIS. VIRTVTIBVS
NI. FATA. RAPVISSENT
EQVALEM. LOCVM. FOR
TVNA. DEDERAT.
QVI. VIX. AN. XXVIII.
M. VI. D. X.
FRANCISCVS. FRATRI
OPTIMO. POSVIT

LVD. ANTIQVARIVS COVRAVIT.

Apud Marinium in T. II. de Archiat. Pontific. p. 237. Inscriptio eleganti cippo insculpta, structili Sacrarii *veteris columnae adhaerens, quae detecta fuit mense Iulio anni MDCCLXXVII. dum nonnulla armaria alio transferrentur. V. p.* 1333. 1477. *Paullus Puteolanus Parmae ortus est, Ranuccii Pici Viris illustribus Parmensibus* (Parmae 1642. 4.) *adnumerandus. Nam die v. Ianuarii 1486. quum jam esset Scutifer, ac familiaris Pontificis, Commissarius Apostolicus electus fuit, quemadmodum e sequenti diplomate apparet* (Arch. Vat. arm. 39. Tom. 19. p. 113.) Patens pro Paulo de Puteolano Scutifero, et Commissario. Vniversis, et singulis Officialibus, Communitatibus, Vniversitatibus, et Populis Civitatum, Terrarum, et locorum nobis, et S. R. Ecclesie mediate, vel immediate subjectorum, ad quos presentes pervenerint, salutem etc. Deputavimus dilectum filium Paulum de Puteolano, Scutiferum, et familiarem nostrum, Com-

missarium ad providendum rebus necessariis exercitui nostro, presertim quando de loco ad locum ille se moveri habebit: et ut idem Paulus cure sibi demandate intendere melius possit, ac, ut necessitas postulabit providere, Devotioni vestre, et singulis vestrum, harum serie, si gratiam nostram caram habetis, et indignationem cupitis evitare, expresse precipiendo mandamus, quatenus eidem Paulo, de Iumentis, operibus, hominibus, aliisque rebus oportunis, et necessariis ad exercitum, et exercitus impedimenta hinc inde transferenda, prompte et celeriter juxta ejus requisitionem provideatis, seu provideri curetis, ipsique Paulo omni oportuno favore, et auxilio circa hoc adsitis, pareatisque omnibus ejus ordinationibus, que in transferendis castris, et exercitu perducendo vise fuerint oportune, et expedientes: Ita ut juxta ipsius Pauli relationem commendari de promptitudine vestra apud Nos possitis. Dat. Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 5. Ianuarii 1486. Pontif. nostri anno II.

Praeterea d. xxII. Oct. an. 1485. electus fuit Praepositus Eccl. SS. Felicis, et Naboris in Urbe Leodiensi, post interitum Ioh. Vituloni. Die xII. Maii 1486. Abbatiam S. Galli, alias S. Salvatoris de Tolla Ord. S. Benedicti Diaec. Placentinae obtinuit titulo Commendatario, et anno 1489. eadem tradita fuit Franc. Puteolano, ac post ejus obitum anno 1490. Alberto Cattani Archid. Cremonensi.

Franciscus ejus frater magnam sibi eruditionis famam comparavit Saec. XV, ac Mediolani praesertim floruit. Cod. 1249. Biblioth. Vatic. haec habet. *Praestantissimi, atque Ornatissimi Viri Francisci Puteolani Parmensis eloquentissimi diversorum clarissimorum gesta simul, et dicta, parvo compendio collecta*. Saxius in Bibl. Script. Mediol. pag. 237. 279. ac Hieron. Tiraboschius in eruditissima Hist. Italicae Litteraturae Tom. vI. Par. II. p. 299. de eo fuse disserunt. Nemo tamen ex iis Patris nomen afferre potuit, quod nunc primum ediscimus e recens detecta inscriptione. Verum ex alio diplomate Innocentii VIII, quod hactenus ineditum, in lucem nunc evulgatur, illud etiam constat gravioris momenti, Franciscum a Mediolani Duce Ludovico Moro, Romam missum fuisse ad negotia pertractanda cum eodem Pontifice; quod quidem manifeste probat, quanta apud eum auctoritate, et gratia valeret. Hoc autem eo libentius evulgamus, quod ibi perhonorifica mentio fiat Paulli Puteolani, qui paullo ante decesserat; ac si hujusmodi diploma diei nota, quo datum fuerat, non careret, diem etiam, quo Paullus e vita migravit, fortasse deprehenderemus. (Arm. 53. Tom. 18. p. 147.) D. Ludovico etc. Dilecte fili etc. accepimus litteras tuae Nobilitatis, quibus nobis commendas dilectum filium Franc. Puteolanum, eique committis, ut nonnulla nobis referat. Legimus litteras libenter, Franciscumque ipsum audivimus libentissime, et leto vultu eum excepimus, quum, et propter ejus merita, singularemque doctrinam, et propter Germani Pauli etiam Puteolani memoriam, qui in nostris obsequiis obiit, paterne diligimus, et nostrum familiarem asseruimus, ex quo nos pariter illum tue nobilitati commendamus, gratum habituri, quicquid benignitatis, et favoris in eum contuleris. Ad ea vero, que tuo nomine nobis exposuit, respondimus ei coram, quid nobilitati tue ex nostris verbis referre debeat, de nonnullis autem rebus commisimus venerab. Fratri Antonio Gentili Episcopo Aurien. Datario nostro, ut per suas litteras tibi respondeat: quare hortamur nobilitatem

ipsam tuam, ut tam litteris Datarii, quam verbis Francisci predictorum, fidem indubiam velis adhibere. Dat. etc. Sed alia quoque de eodem illustri Viro exspectare licet a singulari eruditione Cl. Irenaei Affò, in Bibl. Script. Parmens.

Ludovicus Antiquarius certe fuit, seu fratris filius Iacobi Antiquarii Perusini, doctissimi Viri, Mediolani Ducum Iohannis, et Ludovici ab epistolis, et amici longe carissimi, ac patroni, et Maecenatis, tum Francisci Puteolani, tum ejus Fratrum, quemadmodum deprehenditur ex operibus Puteolani, et ex editis epistolis Antiquarii. Inter primas earum una, quae inscribitur Iac. Paullino Cancellario Perusino, cujusdam Melchioris fit mentio. Consule Mazucchellium in opere de Italiae Scriptoribus, qui post Saxium, celebris hujusce Viri vitae compendium literis consignavit. Idem in epistola quadam Franc. Balivio absque die, quo data fuit, inscripta, tres fratres vita functos sese amisisse scribit. Itaque pro arcto amicitiae vinculo, quod Puteolanum inter, et Antiquarium intercedebat, quum a primo sepulchrum fratri dulcissimo excitandum esset, credibile est, hujusmodi curam Ludovico commisisse, qui, uti diximus, fuit seu Frater, seu Iacobi fratris filius, ac revera hujusmodi inscriptionem exaravit elegantiae plenissimam, ac Putei ectypo ornatam, ad designandum Puteolani nomen, cui ponebatur Inscriptio. In T. vI. Annalium Camaldulensium p. 388. memoratur Lud. Puteolanus Canonicus Aquilejensis anno 1505. Qui plura cupiet de eodem Ludovico, adeat CC. VV. Tiraboschium Tom. vI. Part. I. pag. 19. Histor. Litteratura Italian. et Marinium Tom. II. de Archiatris Pontific. pag. 165. 237. cujus eruditioni haec etiam plane debentur.

In Cella SS. Trinitatis, et SS. Cosmae, et Damiani.

XXXXV.

VRSINO ADOLESCENTI LINGVA VTRAQVE DOCTO
SPE MAGNA NOBILITATE ET INDOLE
GRATOQVE OB HAEC INNOCENTIO VIII. PONT. MAX.
IOANNES LANFREDINVS FLORENTINOR. LEGATVS
F. P. POS.
QVANDO ITA FORS VOLVIT DE TE SPERATA REPENDO
GAVDIA NATE BREVI (ME MISERVM) TVMVLO.
VIX. AN. XVI. MEN. V. D. V.

Alphar. *Al Pilastro a man sinistra fora di d. Cappella*. Torrigio *Grotte Vat. p.* 600. Burcardus *in Diario anni* 1489. *funebrem pompam, qua nobilis Adolescens elatus fuit, prolixe describit, et caussam insolentem obitus sui ita decla-*

rat. p. 141. De funere filii Oris Florentin. Dominica xvIII. Januarii convenerunt in Camera Majore, et prima post aulam Domus acialis Burgi S. Petri, quam alias inhabitare solebat bo. me. D. Ant. de Forlivio Camerae Apostolicae Clericus circa horam 19. Prelati Palatii Apostolici, et familie Sm̃i D. N. PP. et vI. Rm̃orum Dñor. Cardinalium Beneficia in Dominio Florentin. obtinen. ad associandum funus Vrsini de Lanfredis, filii Jois Lanfredini Civis, et Oris Florentini primogeniti sui xv. vel circa sue etatis anno constituti, qui ex nimio coitu circa diem 22. mensis Novembris proxime pti percussus febre diem clausit extremum. Nam ut quidam asserebant idem quandam Iuvenculam septies una hora, septies, alii quod undecies, una nocte cognovit. Congregati fuerunt in alia Cam. post predictam cum Pre defuncti Oratores Regis Ferdinandi Venetor. et Ducis Ferrarie in medio Aule prete supra mensam ibidem positus fuit defunctus indutus habitu societatis Batutor. nigror. discalciatus ad Caput, et pedes duo Scutiferi gestabant duas faculas 11. lib. quelibet ardentes manibus tenentes. Deinde paratis ex more intorticiis, et Candelis precedentibus Fratribus Araceli, S. Augustini, Sancte Marie de Populo, et quibusdam aliis propterea vocatis, ac Beneficiatis, et Clericis Bas. S. Petri portatum fuit funus ad Basilicam predictam, in qua debebat sepeliri. Clerum predict. sequebantur xx. pauperes xx. intortitia portantes post illas Sollicitatores Gratiarum Apostolicar. de Collegio quorum defunctus erat, defunctum portabant sex ex societate predictorum battutorum, et quatuor ex sollicitatoribus predictis etiam manus feretro apponebant. Alii ex societate pred. battutor. ex suo more funus sequi volebant. Ego autem jussi eos procedere et immediate post funus equitarunt Oratores supracitati, inter quos supratum p. locum obtinuit Francischinus Cibo filius PP. post eos (Francischittus Cibo erat filius Innoc. VIII.) et cum eis prelati Palatii et alii inordinate, quia pluebat, et via brevis erat in porta Bas. distribute fuerunt Candele fratribus, et Clero more solito funus portatum fuit per quartam portam videlicet illam que est inter mediam, et illam juxta Capellam S. Andreae, et positum quasi in medio Eccl. pedibus ad portam versis, et capite ad Altare ut moris est, sed Clericus Bas. predicte Crucem portans illam tenuit ad Caput defuncti quum ad pedes tenere debebat ibidem dictum fuit responsorium, et alia more solito. Interim Oratores et Prelati predicti sederunt in bancis ante Altare beate M. Virginis Chori videlicet Eccl. predicte et Fr. Marian. de Viterbio Ord. Predicator. stans in infimo gradu ascensus ad Altare predictum versus ad dictos Oratores, et Prelatos fecit orationem funebrem, ut moris est, qua finita recesserunt Oratores, et quisque ad suam habitationem reversus. Interim dum sermo fieret, finitis a Clero Responsorio et Orationibus defunctus portatus est ad Templum S. Marie de Febribus, in qua in angulo ad sinistram intrantis sepultus est. Opinio erat quorumdam Mercator. Florentin. Roman. Curiam sequentium, quod Orator Pater defuncti funus associare debebat ad Ecclesiam pannis violatiis obscuris vestitus, quod mihi dissonum videbatur cum esset in publico Officio Dominum suum reputans propterea non associavit. C. M. V. p. 1336.

XXXXVI.

LODOVICO DE LALLIS
HVIVS BASILICAE BENEFICIATO
SINGVLARIBVS ANIMI
DOTIBVS CORPORIS AC FORTVNAE PRAEDITVS
PETRVS MOERENS FRATRI B. M. P.
VIXIT AN. XXXVI. MENS. VII. D. X.
DIE V. APRILIS ANNO IVBILEI MD.

Epitaphium Ludovici de Lallis, ut in hoc libro (Necrolog.) fol. 120. in Aedicula de febribus juxta porticum veteris Basilicae S. Petri fol. 120. sedente Sixto IIII. 1480. D. Ludovicus de Lallis, sive de Alliis Romanus. V. p. 1336.

XXXXVII.

HIC MONTALCINI MORTEM NE FLETE IOHANNIS
QVI GNOSCIS VITAE DONA BEATA SVAE
TRANSEGIT LAETAM FATA VSQVE SVB VLTIMA VITAM
HINC COLIT AETHEREOS LAETIOR ILLE CHOROS
PONTIFICI CARVS SVMMO CVNCTISQVE PLACEBAT
NVNC PLACET SMI (sic) CARIOR ILLE DEO EST

V. p. 1336.

XXXXVIII.

IA. SVRIGONVS. NOBIL. MEDIOL̂. LITTÊR. AP̂.
SCRÎP. ET AB̂B. REVERENDISŜ. CAR̂. ALEX̂. CO
NSANĜ. VITA OMNI HVMANITATE DILIGE
NTER EXCVLTA OCCVBVIT. AN. M. D. VI.
ET CV̂ HVIVSCE TEMPLI BENEFICI
ATIS HVMATVS AETATIS. AN. L[TA]

V. p. 1336. 1452.

FASTI BENEFICIARIORVM
OLIM IBIDEM
IACENTIVM

I. D. *Gerardus Tribulottus* die 15. Aprilis 1548. accepit possessionem Beneficiatus per cessionem D. Rutilii Mantaci, qui postea fuit Canonicus S. Petri. Dictus Gerardus die 14. Aprilis 1559. animam Deo reddidit, et sepultus fuit in Sacrario Basilicae.

II. D. *Britinorus Trafichettus* Brictinorien. die 15. Februar. 1562. accepit possessionem, et factus est Coadjutor a D. Ioh. Baptista de Comitibus ejus Dno. Obiit die 1. Apr. 1585. et in Sacrario humatus fuit.

III. D. *Franciscus Spadarius* Aretinus, die 22. Octobris 1581. accepit possessionem Beneficiatus per assumptionem D. Ioannis Baptistae Perotti ad Canonicatum. Die 19. Maii 1589. obiit, et sepultus fuit in Sacrario Basilicae.

IV. D. *Fabius Iannutius* Coranus, die 11. Septembr. 1547. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per cessionem D. Francisci de Statis. Suprad. D. Fabius die 18. Maii 1594. obiit, cujus cadaver in tumulo D. Beneficiatorum humatum fuit.

V. D. *Fabius Romanus* Aretinus, die 16. Maii 1593. accepit possessionem Beneficiatus per resignationem D. Nicolai Vari. Morì li 2. Decembre 1600. e fu sepolto nella Sagrestia di S. Pietro nella Cappella della SSma Trinità, nel Sepolcro de' Sigg Beneficiati.

VI. D. *Thomas Caputus* Romanus, Magister Caeremoniarum, die 24. Iunii 1595. accepit possessionem Beneficiatus per resignationem D. Francisci Vertuae. A dì 2. Giugno 1602. morì il soprad. Tomasso Caputo, e fu sepolto con onore nel Sepolcro delli Sigg. Beneficiati in Sacristia, nella Cappella della SSma Trinità.

VII. D. *Marcus Antonius Ioachinus* Bononien. die 12. Aprilis anno 1598. accepit possessionem Beneficiatus per resignationem D. Alexandri de Rubeis. A dì 4. Giugno 1602. morì, e fu sepolto il giorno seguente nel Sepolcro delli Sigg. Beneficiati.

VIII. D. *Bernardinus Tonus* Fabriensis, die 23. Iunii 1602. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Marci Antonii Ioachini. Morì li 28. Gennaro 1620, e fu sepolto in Sagrestia nella Sepoltura de' Beneficiati.

IX. D. *Romanus Fabrius* Brittinorien. Innocentii IX. Cappellanus secretus, die 9. Novembris 1592. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Lepidi Cari. Morì li 9. Luglio 1606, e fu sepolto nel Sepolcro delli Sigg. Beneficiati, secondo il solito.

X. D. *Bernardus de Marchis* Bononien. Innocentii IX. Thesaurarius secretus, die 1. Decemb. 1591. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per assumptionem D. Fabii Mantacheti ad Canonicatum. Il sopradetto Bernardo de Marchis morì li 28. Settembre 1606. nella Parocchia di S. Giacomo Scossacavalli, e fu sepolto nella sepoltura delli Sig. Beneficiati.

XI. D. *Olimpius Laurus* Firmanus V. I. D. die ultima Novembris anno 1606. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Domini Bernardini Calcanei. Il soprad. Olimpio Lauro da Petriolo, Diocesi di Fermo, morì li 22. Febraro 1608. nel Palazzo dell' Illmo Sig. Arciprete, e fu sepolto nella Tomba de' Beneficiati in Sagrestia.

XII. D. *Iulius de Alexandris* die 28. Iunii 1536. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per cessionem Ascanii de Alexandris sui Fratris. Fuit diligens Beneficiatus Iulius, et robusta complexione, raro pileo utebatur, biretum gestans, etiam Pontem Aelium in ferventissimo reflèxu Solis Leonis transeundo. Obiit senex valde, vixitque semper in bona valetudine. Morì li 30. Agosto 1608. a ore 23. nella Parochia di S. Maria della Pace, e fu sepolto nel sepolcro de' Beneficiati nella Sagrestia. Visse anni 95. e tenne il Beneficiato anni 75.

XIII. D. *Nicolaus Ioannes Porphyrius* a Calderola, die 10. Augusti 1590. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Domini Stephani Tassinori, provisus a Card. Archipresbytero, non obstante quod esset reservatus Sedi Apostolicae. A dì 5. Gennaro 1610. il detto Nicola Porfirio da Caldarola morì nel Palazzo dell' Arciprete, e fu sepolto nella Tomba de' Beneficiati in Sagrestia.

XIV. D. *Petrus Rinalduccius*, Clericus Montis Sancti, die 17. Maii anno 1587. accepit possessionem Beneficiatus per resignationem Dni Firmani Fatii sui avunculi. Pietro Rinalducci da Monte Santo nella Marca morì li 6. Gennaro 1610. e fu sepolto nella sepoltura de' Beneficiati.

10 M

XV. D. *Flaminius Fontana* die 2. Februarii 1582, accepit possessionem Beneficiatus vacan. per promotionem D. Camilli Buccamatii ad Canonicatum. Alli 27. Luglio 1613. morì il soprad. Flaminio Fontana Bolognese, e fu sepolto nella Tomba de' Beneficiati in Sagrestia; lasciò d' esser portato alla sepoltura privatamente.

XVI. D. *Curtius Tiraboscus*, die 19. Augusti 1590. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Angeli Mandosii, familiaris olim Cardinalis Prosperi de Sancta Cruce. Il Sacerdote Curtio Tirabosco Beneficiato morì li 30. Aprile 1622, e fu sepolto nella Sagrestia di S. Pietro nella solita sepoltura de' Beneficiati.

XVII. D. *Horatius Malvicinus*, die 11. Martii 1569. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per resignationem D. Vincentii Casali, causa promotionis ad Canonicatum S. Petri. Horatius ex Prothonotariis Apostolicis per Breve Summi Pontificis, exemptus a Paulo V. a Chori servitio, vixit an. 76. corpore pinguissimus. Obiit die 22. Augusti anno 1622, et in solito tumulo Beneficiator. tumulatus fuit.

XVIII. D. *Fabius Palemonius*, Civis Tudertinus, Magister domus Emi D. Cardinalis Burghesii die 27. Septembris 1616. accepit possessionem Beneficiatus per obitum D. Dionysii Tirelli. Obiit Palemonius die 11. Augusti 1623, cujus cadaver in Sacrario Basilicae in Tumulo Beneficiatorum humatum extitit.

XIX. *Thomas Oldovinus* Cremonen. die 9. Iunii 1602, accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Thomae Caputi, in vim collationis sibi factae a Rmo D. Ab. Ioan. Baptista Lancellotto Canonico. Il soprad. Tomasso Oldoino fu Cappellano seg. della S. M. di Gregorio XIV. morì alli 21. di Gennaro dell'anno 1624. e con pompa fu portato a seppellire nella solita sepoltura de' Beneficiati nella Sagrestia Vaticana.

XX. D. *Fabius Decius Coccovaginus*, die 17. Martii 1619. accepit possessionem Beneficiatus, per resignationem D. Portii Cavalerii. Fuit prius Clericus Beneficiatus. Die 11. Novembris 1636. dictus *Fabius* animam Deo reddidit, et *in propria sepultura Beneficiatorum, in Sacrario S. Petri* sepult.

XXI. D. *Bernardus Vrsus*, die 12. Martii 1606. accepit possessionem Beneficiatus per resignationem D. Americi Galeffi. Dictus Dominus obiit die 15. Decembris 1641. et in Tumulo Beneficiatorum in Sacrario tumulat. fuit.

XXII. D. *Andreas Amicus* ex Clerico Benef. die 7. Octobris anno 1628. accepit possessionem Beneficiatus per resignationem D. Ioannis Christophori Attorretti. Suprad. Amicus animam Deo reddidit die 15. Februarii 1642. et ejus corpus delatum fuit in Sacrario Basilicae, et in tumulo Beneficiatorum humatum est.

XXIII. D. *Mutius Celsus* fuit Clericus Beneficiatus, et die 17. Maii 1629. accepit possessionem Beneficiatus, per resignationem Domini Francisci Gottifredi. Die 2. Augusti 1644. dictus D. Mutius animam Deo reddidit, cujus corpus sepultum est in propria sepultura Beneficiatorum in Sacrario.

XXIV. D. *Joannes Carbonus* die 17. Ianuarii 1610. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Petri Rinalducci, sibi provisi a Rmo D. Evangelista Carbonesio, Canonico Hebdomadario, Inquisitore in Insula Melitana. Die 13. Febr. 1648. D. Joannes Carbonus obiit, et in Sacrario Sancti Petri sepultus.

XXV. D. *Angelus Costantius*, die 18. Maii 1631. accepit possessionem Benef. vacan. per obitum D. Dominici Cybo, provisus a Rmo D. Angelo Damasceno, Canonico Hebdomadario. Die 11. Decembris anno 1650. d. D. Angelus Perusinus annor. 80. circiter animam Deo reddidit, ac in Sacrario ejusd. Basil. in solito tumulo Benef. sepultus.

XXVI. D. *Leonardus Ciudolus*, Presbyter Romanus, die 3. Decembris 1655. accepit possessionem Beneficiatus, per resignationem Domini Alexandri Montani. Qui Leonardus Ciudolus fuit Clericus Beneficiatus. Die 8. Sept. 1658. R. D. Leonardus aetatis suae annorum 35. vitam cum morte commutavit, cujus cadaver ex Parochia Sancti Blasii in cantu secuto, alias della Pagnotta de, Vrbe in Sacrarium praefatae Basilicae delatum, ibique in sepulchro Beneficiatorum et Clericorum memoratae Basilicae conditum est.

XXVII. D. *Bernardus Astulphius* Anagnin. litteris, consilio, prudentiaque praeditus, die 16. Ianuar. 1648. accepit possessionem Benefic. vacan. per resignationem D. Stephani Vandergoes. Ejusque cadaver in Tumulo Beneficiator. in Sacrario nostrae Basilicae humatum jacet, resurrectionem expectans. D. Franciscus Francus, Presbyter Spoletanus, die 24. Octobr. 1660. accepit possess. Benefic. vacan. per obitum Domini Bernardi Astulphi etc.

XXVIII. D. *Franciscus Maria Alicius* Mediolanen. SSmi D. No-

stri Papae Innocentii XI. intimus Cubicularius, atque Vestiarius, die 5. Ianuarii 1677. ante Vesperas adeptus est possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Marci Antonii Guaschi. Die 10. Februarii 1677. dictus D. Alicius Presbyter Mediolanen. degens in Palatio Vaticano aetatis suae annorum 66. vitam cum morte commutavit, cujus corpus eadem die in S. Petri Sacrarium delatum, et SS. die ejusdem in eodem Sacrario expositum, ibique in Sacello Reliquiarum a Clero dictae Basilicae solemne Sacrum pro ejus anima, ut moris est, decantatum, deinde dictum corpus in Tumulo Beneficiator. conditum fuit.

XXIX. D. *Archangelus Processus*, die 21. Septembris 1662. accepit possessionem Beneficiatus, tempore matutino, vacan. per assumptionem Canonicatus Basilicae Lateranensis per D. Ioannem Philippum de Rubeis. Die 26. Februarii 1680. R. D. Abbas Archangelus Processus Senen. degens sub Parrochia S. Mariae in Via animam Deo reddidit, cujus cadaver ex testamento, in Sacrario S. Petri, in tumulo DD. Beneficiatorum conditum fuit.

XXX. D. *Philippus Baldassarre*, die 9. Ianuarii 1670. et pro ipso D. Franciscus Turchius Procurator accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Antonii Ghirlandarii, provisus ab Emo D. Francisco Card. Barberino Archipresbytero. Die 25. Decemb. 1679. dictus Philippus Romanus, degens sub Parrochia S. Laurentii in Damaso, in Palatio Cancellariae Apostolicae, aetatis suae annor. 40. circiter ab humanis decessit, cujus cadaver associatum fuit cum 4. Archiconfraternitatibus, et intus capsam ligneam in sepulchro Beneficiator. conditum fuit.

XXXI. D. *Marcus Antonius Catalinus Pigliardus*, Clericus Asculanae Dioc. die 13. Iunii 1703. exhibuit RR. DD. Canonicis in Sacrario Basilicae coadunatis literas Apostolicas novae provisionis Benefic. vacan. per obitum D. Iulii Caesaris Cherubini etc. Obiit 23. Aprilis anno 1724. hora nona, sub Parrochia S. Nicolai in Arcione, et sepultus fuit in solita sepultura Beneficiatorum in Sacrario.

XXXII. D. *Franciscus Merenda*, Presbyter Lucanus Benef. die .... exhibuit RR. DD. Canonicis literas Apostolicas novae provisionis Beneficiatus vacan. per obitum D. Annibalis Herculani, firmis remanentibus Turno etc. Obiit die 24. Aprilis 1727. in Palatio Apostolico Vaticano, et sepultus in solito tumulo Beneficiatorum.

XXXIII. D. *Ioannes Antonius Mezzafalce*, Clericus Bituntin. die 10.

Maii *1699*. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Ioannis Laurentii Amadei, provisus a SSmo D. N. Innocentio PP. XII. Obiit die 13. Iulii 1729. sub Parrochia S. Spiritus hora 15. $\frac{3}{4}$ cujus cadaver humatum fuit in nostro Sacrario die sequenti.

XXXIV. D. *Thomas Petrus Antonius Mancinus*, Presbyter Romanus, Concionator insignis, die 11. Decembris 1707. mediante persona Rmi D. Ioannis Christophori Battelli, SSmi D. N. Clementis Papae XI. Bibliothecarii secreti, Procuratoris specialiter constituti, ante Missam solemnem adeptus fuit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Domini Ioannis Baptistae Palutii. Idem Thomas fuit provisus ab eodem Pontifice. Obiit die 25. Octobris 1730. hora 17. circit. degens sub Parrochia S. Laurentii in Damaso, cujus cadaver translatum in nostram Sacros. Bas. humatum fuit in Sacrario.

XXXV. D. *Clemens Antonius Nardus*, Clericus Hortanus, die 21. Iunii *1699*. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum Domini Antonii Pii de Blanchis, in Hebdomada, et Turno conferendi Rmi D. Ranuccii Comitis de Marsciano Canonici, a quo fuit provisus. Obiit die 30. Martii 1733. sub Parochia S. Spiritus degens, et in Sacrario nostrae Basilicae, more solito sepultus.

XXXVI. D. *Franciscus Stevanus*, Presbyter Ferrarien. die 10. Ianuarii 1712. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per provisionem D. Silverii Campana de alio Benefic. ante Missam solemnem post praesentationem Bullar. Apostolicar. facta a dicto D. Campana. Die 20. Septembris 1736. Obiit dictus Stevanus, degens in Aedibus Palatii Quirinalis, cujus cadaver delatum in nostram Basilicam, humatum fuit in solito Beneficiatorum tumulo.

XXXVII. D. *Dominicus Baptisti*, Presbyter Hydruntinus, Clericus Beneficiatus die 29. Augusti 1720. tempore matutini accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Fabii Alexandri de Pace. Obiit D. Dominicus die 20. Iulii 1739. et sepultus fuit in Sacrario nostrae Basilicae, in tumulo Beneficiatorum.

XXXVIII. D. *Stephanus Dominicus Maccius*, Clericus Terracinen. die 23. Septembris *1696*. accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Francisci Agapiti Colorsii, defuncti in Civitate Praenestina; dictus D. Maccius fuit provisus ab Emo D. Cardinali Barberino Archipresbytero. Obiit die 17. Februarii 1740. Sedia vacante, cujus ca-

daver ex Parochia S. Susannae translatum fuit ad nostram Basilicam, et in solito Tumulo Beneficiatorum sepultum.

XXXIX. D. *Petrus Polidorus*, Presbyter Theatinae Diaec. familiaris Emi D. Annibalis Cardinalis Albani Archipresbyteri, die 16. Novembris 1730. tempore matutino accepit possessionem Beneficiatus, vacan. per obitum D. Thomae Mancini, in Turno, et hebdomada presenti Emi D. Archipresbyteri. Obiit die 9. Augusti 1748. sub Parrochia S. Blasii de Panecta, et fuit sepultus in solito Tumulo Beneficiatorum, in Sacrario Basilicae.

XXXX. D. *Caesarinus de Caesarinis*, Clericus Spoletanus, et Civis Romanus accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Ludovici de Castro. Obiit 2. Februarii 1751. in Parochia S. Laurentii in Lucina, et fuit sepultus in nostro *Sacrario*.

XXXXI. D. *Marcellus Raymundus de Cappuccinis*, Clericus Romanus, die 4. Iunii 1713. admissus fuit Coadjutor R. D. Romuli Specioli Benef. etc. Obiit die 5. Novembris 1751. in Hospitio Ecclesiasticorum, degens sub Parrochia S. Salvatoris de Curte, cujus cadaver delatum in nostram Basilicam, more solito, humatum fuit in Tumulo Beneficiatorum,

XXXXII. D. *Ioannes Baptista Midelburg*, nostrae Basilicae Clericus Beneficiatus, die 24. Xmbris 1731. ante Missam Conventualem accepit possessionem Beneficiatus, per cessionem sibi factam a D. Alexandro Baviera. Obiit die 6. Iunii 1753. er tumulatum fuit ejus Cadaver in Sacrario ejusdem Basilicae, delatum ab ejus Parrochia S. Nicolai de Incoronatis.

XXXXIII. D. *Franciscus Fantes*, Presb. de Suriano Ortanae Diocesis, nostrae Basilicae Clericus Benef. die 20. Febr. 1745. post Missam adeptus est possessionem Benef. vacan. per cessionem sibi factam a D. Nuncio Sperandeo. Die 30. Iulii 1754. d. Franciscus obiit, cujus Corpus delatum fuit ad nostram SS. Basilicam, et humatum in Sacrario eiusdem.

XXXXIIII. D. *Antonius Martinetti*, nostrae Basil. Cler. Benef. die 28. Sept. 1748. accepit possesionem Benef. vacan. per obitum suprad. D. Petri Polidori, provisus a SSmo D. N. Benedicto XIV. Obiit die 17. Aug. 1754. sub Parochia S. Nicolai ad Caesarinos, et tumulatus fuit in Sacrario nostrae Basilicae post solitas functiones. V. p. 1222. 1346.

XXXXV. *D. Alexander Bizzaccari*, Clericus Romanus, die 23. Decembris 1731. admissus fuit ad officium Coadjutoris D. Felicis de Pauli-

nis, cum spe futurae successionis, et die 9. Julii 1752. secuto obitu d. Paulini, accepit possessionem Benef. Obiit die 3. Xmbris 1758. degens in nra Parochia, et fuit tumulatus in solito Tumulo Beneficiator.

XXXXVI. *D. Venantius Philippus Piersanti*, Presbyter Camerinen. unus ex Magistris Ceremoniar. Sacri Palatii die 10. Maij 1728. post nonam accepit possessionem Benef. vacan. per assumptionem Dni Ignatii Clementis ad officium Coadjutoris etc. Die 21. Aplis 1761. ptus D. Venantius Piersanti obiit, degens sub Paraecia S. Spiritus, cujus Cadaver magna pompa, more Canonicor. delatum in nram SS. Basilicam, humatum fuit in Sacrario, in Tumulo Beneficiator.

XXXXVII. *Raphael Sindone*, Presbyter Messanen. Dioec. die 27. Januarii 1745. post Vesperas accepit possessionem Beneficiatus vacan. per liberam dimissionem in manibus Pontificis a Rmo D. Cajetano Amato, SSmi D. N. Bened. XIV. a Secretis Brevibus ad Principes factam, et ab eod. Pontifice fuit provisus. Obiit 6. Januarii 1762. hora 20. in nra Parochia, cujus cadaver delatum, et tumulatum fuit in Sacrario Nostrae Basilicae. V. p. 629. 1309.

XXXXVIII. *D. Georgius Henricus Krog*, Clericus Higrosien. seu alterius Civitatis, die 19. Februarii 1719. adeptus est possessionem Benefic. vacan. per obitum D. Antonii Velli, provisus a SSmo Dno nro Clem. PP. XI. Obiit die 30. Aug. 1762. cujus Corpus humatum fuit in Sacrario nostrae SSmae Vat. Bas.

XXXXIX. *D. Cajetanus Cenni*, Presbyter Pistorien. die 19. Februarii 1739. accepit possessionem Benef. vacan. per assumptionem ad Canonicatum Rmi D. Josephi Assemanni, provisus a SSmo D. N. Clemente XII. Obiit die 20. Sept. 1763. cujus cadaver delatum, et tumulatum fuit in Sacrario nostrae Basilicae. (*V. Discorso Epenografico, toccante la Nascita, Indole, Studj, e Opere dell'Abate Gaetano Cenni, pubblicato da Gio. Bartolomeo Colti, Nipote dell'Autore, nel T. I. delle Dissertazioni sopra varj punti interessanti d'Istoria Ecclesiastica, Pontificia, e Canonica dello stesso Cenni. Pistoja* 1778. 8.)

L. *D. Antonius de Caesare*, Presbyter de Mareno, Albanen. Dioec. Cappellae Secretae Pontificiae, beneficentia SSmi D. Nri D. Bened. XIV., Clericus antea erat nostri Sacrarii unus ex Accolythis, die 4. Aug. 1743. admissus fuit ad officium Coadjutoris Dominici Iannini, cum spe futurae Successionis. Obiit d. D. Iannini die 7. Septembris 1746. in

Montopoli sua Patria, ibique sepultus, et d. Antonius de Caesare, stante ejus obitu, die 11. ejusd. accepit possessionem Beneficiatus. D. d. Antonius de Caesare obiit die 4. Octobris 1766. in nostra Parochia, cujus Cadaver delatum, et tumulatum fuit in Sacrario nrae Basilicae.

LI. *D. Dominicus Baldigara*, Presbyter Pisaurien. olim nostrae Bas. Clericus Benef. Emi Card. Annibalis Albani Archipresb. familiaris a Secretis, die 8. Xmbris 1745. accepit possessionem Benef. vacan. per obitum D. Francisci Alphani, in Turno ejusd. Archipresbyt. Die 17. Ian. 1772. obiit sub Parochia S. Thomae in Parione, cujus Cadaver translatum ad nostram Bas. humatum fuit in Tumulo Beneficiator.

LII. *D. Philippus Blanchi*, Clericus Romanus die 29. Sept. 1739. post Missam accepit possessionem Beneficiatus vacan. per obitum D. Dnici Baptisti, in Turno, et Hebdomada Emi Card. Albani Archipresb. a quo fuit provisus. Obiit die 11. Xmbris 1774. ante Matutinum sub nra Parochia, cujus Cadaver, sequenti sero, ad nram Basilicam delatum, post consuetam absolutionem, ad Altare S. Gregorii, in Choro Canonicor. translatum, expositum remansit, vigore Pontificii Indulti nuper obtenti, peractisque sequenti Feria II. in eodem Choro exequiis, in solito Beneficiatorum Tumulo humatum extitit.

LIII. *D. Ioseph. Longhi*, Presbyter Beneventanus, SS. D. Nri Bened. PP. XIII. Cappellanus Secretus die 3. Xmbris 1727. tempore vespertino accepit possessionem Benef. vacan. per assumptionem R. D. Ignatii Realis, ad officium Coadjutoris R. D. Laurentii Vannicelli nrae Bas. Canonici. Obiit d. Iosephus die 19. Xmbris 1775. ante Vesperas sub nra Parochia, cujus Cadaver de sero ad nram Basilicam die 21. ejusd. mensis delatum, et juxta novum Privilegium in Choro expositum, peractis die sequenti funeralibus, in solito Beneficiator. Tumulo humatum fuit.

Explicit Series Beneficiariorum in veteri Sacrario sepultorum.

D. Jacobus Paris, Presbyter Sutrin. Diaec. SSmi Domini Nostri Pii PP. VI. Capellanus Secretus die 6. Januarii 1776. accepit possessionem Beneficiatus etc. vita functus est die 22. Maii anno 1786. Ejus Cadaver in Choro expositum fuit, et consuetis absolutis Exequiis, omnium primus, in novo Coemeterio Beneficiatorum sepultus fuit. V. pag. 1452.

FASTI

CLERICORVM BENEFICIARIORVM

OLIM IN EADEM CELLA

QVIESCENTIVM

I. D. *Faustinus Buterinus*, die 20. Martii 1535. accepit possessionem Clericatus vacan. per cessionem D. Petri Pauli Mantaci. Morì alli 26. di Decembre dell' anno 1551. ed il di lui Corpo fu sepolto *nella sepoltura de' Beneficiati nella Sagrestia Vaticana*.

II. *D. Caesar de Ruvere*, die 29. Octobris 1548. accepit possessionem Clericatus vacan. per cessionem D. Caesaris Cimbarelli. Obiit Caesar die 17. Septembris de anno 1573. ejusque Cadaver die 18. d. *in Sacrario dictae Basilicae* humatum fuit.

III. *D. Petrus Jacobus Coppula*, die 3. Octobris 1568. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum Melchiorris Gardae. Obiit die .... Aplis 1574. et die 4. d. Mensis Aprilis tumulatus fuit *in tumulo Beneficiatorum, et Clericorum Basilicae in Sacrario*.

IV. *D.* Ioannes *Corsettus*, die 24. Aprilis 1574. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Petri Iacobi Coppolae. Suprad. Ioannes obiit die ultima Iulii 1575, cujus Corpus *in solito Sepulchro Beneficiatorum, et Clericorum* humatum fuit

V. *D. Franciscus Tostus*, die 18. Decembris 1552. accepit possessionem Clericatus vacan. per resignationem D. Dominici Capoccii. D. D. Franciscus die 14. Novembris 1575. animam Deo reddidit, et ejus Cadaver *in solito tumulo Beneficiator. et Clericor.* humatum fuit.

VI. *D. Michael Veggius*, die 11. Novembris 1574. accepit possessionem Clericatus vacan. per cessionem D. Camilli Tegeroni. Suprad. D. *Michael Veggius* Gallus, die 31. Aug. 1590. debitum naturae persolvit, et in *solito Tumulo* sepultus fuit.

VII. *D. Bonifatius Brancatius*, die 28. Augusti 1583. accepit possessionem Clericatus per resignationem Domini Cinthii Coccovagini.

Obiit D. *Bonifatius* die 6. Aprilis de an. 1691. cujus Cadaver more solito *in Sepulcro Beneficiatorum*, *et Clericorum* humatum extitit.

VIII. *D. Tiberius Alpharanus* Hieracensis, die 18. Octobris 1567. accepit possessionem Clericatus vacan. per resignationem D. Curtii de Franchis, causa promotionis ad Beneficiatum. Hic plantam antiquae Vaticanae Basilicae cum Oratoriis, et Sacellis, ac Monasteriis circa ipsam, feliciter, ac diligenter aere incidendam curavit; quod aes in Archivo ejus Basilicae asservatur, atque impressam ad antiquitatem servandam divulgavit, dicatam Evangelistae Cardinali Pallotta Archipresbytero, tunc Sixti V. Datario, a quo premium aliquod se percepturum sperabat, cum nullum Sacerdotium, nisi tantum Clericatum haberet, sed spes eum fefellit, vir moribus, et vitae probitate ornatus. V.p.630.

IX. *D. Diomedes Fantettus* Coranus, die 27. Augusti 1595. accepit possessionem Clericatus vacan. per assumptionem Domini Thomae Caputo ad Beneficiatum. A di 6. Aprile, Sabato Santo, 1602. il Reverendo Sig. *Diomede Fantetti* da Core, Chierico Beneficiato della presente Basilica di S. Pietro, e già Sagrestano di essa Chiesa per anni 28. Chierico Beneficiato anni 7. al quale io Giacomo Grimaldi successi Sacrista, visse con molta integrità, et amato da tutti, morì di anni LXXVII. fu accompagnato dalli Signori Chierici Beneficiati, e Beneficiati insieme, secondo il solito, da Borgo Vecchio a S. Pietro, *et sepolto nella Tomba de' Signori Chierici in Sagrestia*, *nella Cappella della Santissima Trinità*.

X. *D. Franciscus Paulinus* Sergianensis, Parocus ad curam Animarum in nostra Basilica, vir magnae probitatis, et integritatis, ante Clericatum Cappellanus Gregorii XIII. die 13. Decembris 1592. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Joannis Guidetti, obiit Senex valde, et sancte, ut vixerat. Adi 26. Aprile 1602. il sopradetto Sig. *Francesco Paolini* da Sarzana Chierico, Beneficiato, et Vicario perpetuo alla Cura delle Anime della presente Basilica di S. Pietro, nella qual Chiesa in detta Parrochia ha servito anni 22. con molta diligenza, et bontà di vita, amato da tutti, lasciò alla detta Basilica scudi 100. per il suo funerale, et alcuni libri alla libreria, visse anni 75. mori nelle sue Stanze, et fu con molto onore accompagnato dalli Signori Beneficiati, et Chierici, et da molti Frati, da S. Pietro sino al Card. Rusticucci, e portato *in Sagrestia*, fu sepolto *nella Tom-*

ba delli Signori Chierici, nella Cappella della SS. Trinità. *Viri pientissimi imago, ad vivum coloribus adumbrata, exstat in Cubiculo, a cornu Evangelii Altaris Sacrarii Communis.*

XI. *D. Ascanius Veltronius* Aretinus, die 8. Sept. *1696.* accepit possessionem Clericatus vacan. per resignationem Domini Peregrini Ruggiae. A di primo Agosto *1697.* il sopradetto Sig. *Ascanio Veltronio* dal Monte S. Savino morí, e fu sepolto *in Sagrestia nella Sepoltura de' SS. Beneficiati, e Clerici Beneficiati.*

XII. *D. Cosmus Georgescus*, a Burgo S. Sepulcri, die prima Augusti 1597. accepit possessionem Clericatus per resignationem in manibus Papae Domini Horatii Tabulatii. A di 10. Ottobre 1610. il detto *Sig. Cosmo Georgeschi* morì, e fu sepolto *nella solita sepoltura delli RR. Signori Beneficiati, e Chierici.*

XIII. *D. Pompejus Vgonius*, die 23. Novembris 1473. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Caesaris de Ruvere, et dimisit alium Clericatum, quem obtinebat in eadem Basilica, et hoc fecit, quia erat gravatus pensione. A di 28. Aprile dell'anno 1614. il R. Sig. *Pompeo Vgonio*, Clerico Beneficiato di detta Basilica, morì nella Parrochia di S. Ivone de' Britanni, et sepolto *nella Tomba de' SS. Beneficiati, e Chierici Beneficiati in Sagrestia.* V. p. 1106. 1107.

XIV. *D. Petrus Paulus Vertua*, die prima Maii 1596. accepit possessionem Clericatus vacan. per resignationem Domini Aegidii Zaccharelli. Il soprad. *Piet. Paolo Vertua* Spagnolo, morì li 29. Aprile dell'anno 1615. *e fu sepolto nella Sagrestia Vaticana, nella solita sepoltura.*

XV. D. *Dionysius Tirellus*, die 2. Februar. 1611. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Cosmi Georgeschi. Alli 16. di Settembre 1616. morì il d. *Dionisio Tirello*, figlio di Antonio Tirelli da Corregio, e fu sepolto *nella Sagrestia di S. Pietro nella solita sepoltura de' Signori Beneficiati, e Chierici Beneficiati.*

XVI. D. *Placidus de Placidis*, a Belforti, Camerinen. Dioc. die 20. Iunii 1602. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Francisci Paulini, sibi collat. per R. D. Iacobum Sannesium Prothonotarium Apostolicum, Canonicum Hebdomadarium. Morì li 11. Novembre dell' anno 1618, e fu accompagnato dalli Sig. Beneficiati, e Chierici nella Sagrestia Vaticana con sommo onore, ed ivi *nella solita sepoltura* fu sepolto.

XVI. D. *Petrus Calzerellus*, Adriensis, die *6*. Iunii 1*6*10. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Ioannis Bonafides, in vim provisionis sibi factae ab Emo Cardinali Archipresbytero. Alli 1*6*. di Novembre del 1*6*18. il R. *Sig. Pietro Calzarelli* da Ruigo morì, e fu accompagnato dalli Signori Beneficiati, e Chierici nella Sagrestia Vatic. dove *nella solita Sepoltura* fu seppellito.

XVII. D. *Armannus de Armannis* de Trevio, die 30. Nov. 1583. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Vincentii Ragi; provisus a Papa Gregorio XIII. Alli 7. di Agosto 1*6*20. il d. *Sig. Armanno Armanni*, da Trevi, Diocesi di Spoleto, rese l'anima al Signore, e fu sepolto *nella Sagrestia Vaticana, nella solita sepoltura de' Beneficiati.*

XVIII. *Antonius Saggius*, die 24. Aprilis 1*6*08. accepit possessionem Clericatus vacan. per resignationem D. Lucae Iustiniani. Il sopradetto *Antonio Saggio*, Romano, Chierico Beneficiato, e Maestro di Ceremonie della presente Basilica, morì alli 1*9*. di Ottobre del 1*6*22, e fu sepolto *nella Sagrestia nella solita sepoltura de' Beneficiati.*

XVIIII. D. *Simon Bottanus*, die 12. Iunii 1*6*00. accepit possessionem Clericatus per assumptionem D. Nicolai Placidi ad Beneficiatum. Il d. R. Sig. *Simone Bottani* da Recanati, nella Marca d'Ancona, morì li 2*9*. Ottobre 1*6*23. e fu sepolto *nella Sagrestia di S. Pietro, nella sepoltura delli Sigg. Beneficiati, e Chierici.*

XX. D. *Franciscus Pierallus*, die 15. Iulii 1*6*07. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum Massentii Paganelli, in vim provisionis Cardinalis Archipresbyteri. Die 24. Aug. 1*6*25. dictus D. *Franciscus Pierallus* animam Deo reddidit, cujus corpus die 25. d. sepultum est *in Sacristia S. Petri, in solito sepulchro Beneficiatorum, et Clericorum.*

XXI. D. *Erastes Andreuccius* a Colle veteri, Prothonotarius Apostolicus, die 20. Septembris 1*6*1*6*. accepit possessionem Clericatus per assumptionem D. Fabii Palemonii ad Beneficiatum. Die 2*9*. Novembris 1*6*25. dictus D. Erastes obiit in Sacrario, ex improvisa morte, aetatis suae annor. 4*9*. et *sepultus in d. Sacrario*.

XXII. D. *Lucas Baronius*, die 1*9*. Novembris 1*6*3*6*. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Francisci Victricii. Die 7. Martii 1*6*44. R. D. Lucas Baronius animam Deo reddidit, in Palatio Vaticano degens, et *in Sacrario Basilicae Vaticanae, in solito tumulo* tumulatus fuit.

XXIII. D. *Donatus Mazzolus*, die 23. Martii 1631. accepit possessionem Clericatus vacan. per obitum Dom. Bernardi Santori. Die 17. Martii 1656. R. D. *Donatus Mazzolus* Romanus, ejusdem Basil. Cler. Beneficiatus, aetatis suae annor. 40. circiter ex Parrochia SS. Celsi, et Iuliani de Vrbe, animam Deo reddidit: cujus cadaver *in Sacrario dictae Basilicae* sepultum est.

XXIV. D. *Franciscus Serattus*, Clericus Romanus, die 3. Decembris 1655, accepit possessionem Clericatus per resignationem D. Leonardi Ciudoli. Die 27. Maii 1659. D. *Franciscus Serattus*, aetatis suae annor. 20. circiter, extremum vitae suae diem clausit, et ex Parochia Sancti Stephani in Piscinula, in *Sacrarium* prefatae Basilicae ejus cadaver delatum, ibique in *sepulchro Beneficiatorum, et Clericorum Basilicae* humatum est.

XXV. D. *Ioannes Baptista Sacchettus*, Clericus Senen. die 30. Ianuarii 1656. accepit possessionem Clericatus per dimissionem factam penes SS. D. N. Papam a D. Bonaventura Marchesio. Die 11. Ianuarii 1661. R. D. Ioannes Baptista Sacchettus, aetatis suae annorum 60. circiter, in Parochia S. Stephani in Piscinula animam Deo reddidit, cujus cadaver *in Sacrario d. Basilicae* humatum est.

XXVI. D. *Iosephus Riccius*, Clericus Romanus, ab ineunte aetate, *Sacrarii* hujus Basilicae supranumerarius, et Acolytus, deinde ex benignitate Rm̃i D. Sigismundi Spadae Canonici, die 19. Martii 1661. accepit possessionem Clericatus per liberam resignationem Dom. Dominici Mazzuchelli, de Beneficiato provisi. Die 13. Martii 1662. dictus Dominus I*oseph Riccius*, aetatis suae annor. 21. circiter animam Deo reddidit ejusque Cadaver ex Templo S. Dorotheae, in regione Transtyberim, ad *Sacrarium dictae Basilicae*, processionaliter comitantibus DD. Beneficiatis, et Clericis, aliisque Presbyteris translatum fuit, ibique humatum est.

XXVII. D. *Iacobus Ballonus*, Presbyter Romanus, Basilicae ratiocinator, die 15. Ianuarii 1661. adeptus est possessionem Clericatus vacan. per obitum D. Ioannis Baptistae Sacchetti in hebdomada, et Turno conferendi R. D. Marci Antonii Buratti, Canonici Hebdomadarii. Die 6. Martii 1675. dictus D. *Ballonus*, aetatis suae annorum 51. circiter, degens in Parrochia S. Spiritus in Saxia, ex hac luce decessit, cujus corpus in *tumulo Beneficiatorum*, *in Sacrario d. Basilicae* humatum est.

XXVIII. D. *Ioseph de Fide*, die 25. Maii 1631. accepit possession.

Clericatus vacan. per resignationem D. Caroli de Fide Religionem ingressi S. Mariae de Scala. Die 30. Septembris 1682. dictus R. Dom. *Iosephus de Fide* ab Insula Sorae, aetatis suae annorum circiter 76. hujus Basilicae Prior Clericor. Beneficiatorum, ac Caeremoniarum Magister, degens sub hac Parochia in Suburbio Pio diem clausit extremum, cujus corpus *in Sacrario ejusdem Basil. in Tumulo RR. Benefic.* conditum fuit.

XXIX. D. *Petrus Paulus Bernasconus*, Clericus Romanus, olim hujus Sacrosanctae Basilicae a pueritia Supranumerarius, Acolythus, ac Subsacrista, deinde Emi, et Rmi D. Francisci Cardinalis Nerlii commensalis, magnaque liberalitate, atque munificentia ejusdem Emi D. Card. die 27. Iunii 1676. absoluto matutino, adeptus est possessionem Clericatus per resignationem D. Ioannis Brandi. Die 28. Martii 1684. dictus D. *Petrus Paulus Bernasconus*, degens sub hac Parochia, in Suburbio Pio, aetatis suae annorum 47. circiter animam Deo reddidit, cujus cadaver *in Sacrario in tumulo DD. Beneficiator. et Clericor.* sepultum est.

COIVGI SANCTISSIMAE . B. M. F. C. R. ET . SIBI.
ET . GELLIO CHRESIMO . FRATRI .ET IVLIAE CHRE
STE . SORORI . ET EGO BITALIO CHRESTEN. S. S.
QVEM. VICE FILIAE . ATTENDO . ET . LIBERIS
EORVM . HOC MONIMENTVM . ET . LOCI SCA
LARE CVBICVLI SVPERIORIS . F. C. ET . LIB. LIB. Q.
P. T. R. Q. EORVM . PETREI . BIBAS

XXVIII.

T FLAVIVS CONSTAN. S PP SIBI ET SVIS LIBER
TIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM
SE VIVVS INCHOAVIT . ET FLAVII SABI
NVS ET CHRESTVS LIBERTI ET HEREDES
EIVS CVM MACERIA CLVSVM
CONSVMMAVERVNT . *

XXVIIII.

D M
SEVERAE
V. A. XIII
CALLISTVS
SORORI
DVLCISS.
POS.

XXX.

NITIDO . ALB. LVP. II. TVSCO . CIN . FEST. II. DECORATO B. PINN. II. ITEM . AFRIS . ƆLXXXIIII.
RAPTORE . R. IVN. Ī PVGIONE . B. QVAR. I. VIRILE . R. FVLV. I. ROMANO . R. SEN. I. PASSARINO . N. POMP. I.
SVPERBO . B. PRIM. I. BVBALO . R. ROM. I. POMPEIANO . B. HER. I. POLYNICE . N. R. APOLL. I. ROMVLO . B.
CRESC. I. ADSERTORE . R. ITEM . ARMATO . N. DAT. I. ADSERTORE . N. DAT. I. DRAVCO . ℞. ANDRIC. I. IP
VASTATORE . N. ITEM . II. DERECTORE . B. QVINT. III. PVGIONE . B. THALL. III. VALENTINO . N. THAR. IIII. IR
HILARO . R. CATVLI . I . FASTIDIOSO . F. CAT. III. LIBERO . B. VICT. I. POMPEIANO . N. VICT. III. VALENTINO
N. HEREN. V. MVRINO . M. P. EROT. I. FLORIDO . R. EROT. IIII. SAECLARE . B. ANT. VI. PETVLANTE . N.
FORT. II. PECVLIARE . RK. FORT. IIII. VICTORE . R. HERM. II. TIBERE . R. HERM. IIII. FRVENDI . FELICISSIMO .
N. I. IVVENE . B. I. LVCIDO . B. I. TYRRHENO . F. III. ITEM . CELS. FRVGIFERO . B. I. CVPIDINE . R. II. EXSORIENTE
℞. II. DELICATO . R. II. ITEM . SATVR. LVCIDO . B. I. SANCTO . R. I. PATRONO . R. I. GENTILE . R. II. HILARO . R. IIII.
ONES . LATRONE . B. I. VALENTINO . N. I. FLORIDO . B. II. FELICE . B. VII. DELICATO . B. MAFVR . XV.
LOLL. VIRILE . R. I. BARBARO . B. I. VICTORE . R. I. HEDERATO . B. I. PVRPVRIONE . N. II. SVPERBO . B. III.
GEMMVLA . R. VII. SVA . LYBIO . N. I. PRAESIDIO . B. XV. IVVEN. CIRRATO . R. II. SIGNIFERO ℞. XVI.
FELIC. TYRRHENO . F. I. AVNARA . B. I. PONTIFICE . B. XI. ADSERTORE . R. XII. TELESP. COTYNO . B. I.
BARBARO . B. IIII. AEGYPTO . N. IIII. POMPEIANO . N. XVI. LICENTIOSO . ℞. XI. P. XXXV. LEON. LVIII.
MVRRA . N. B. I. ARISTA . B. V. NITIDO. M̶R. VI. NITIDO . M̄. R. VIII. OCEANO . B. VIII. COTYNO . B. XXX.
FAVST. CXXVIII. VALENTINO . N. I. CALLIDROMO . R. I. LVCIDO . B. I. CIRRATO . R. II. CENTAVRO . B. III.
MVRRA . R. XXI. EMINENTE . B. XXVIII. CALLINICO . B. LXXI. OLYMP. CLII. COTYNO . B. III. MAVRO
N. X. VIRILE . R. XXIII. INDO . N. CXVI. ITEM . HISP. ∞CCCLXXVIII. NOTATO . B. GAI . I.
CALLINICO . K. GAI . I. ACCEPTORE . BK. GALL. L. CHRYSIPPO . R. SEST. I. REGALE . B. SABIN. I. PALLADIO . BK.
BASILL. I. MVRINO . M. P. BASILL. III. NOBILE . B. HEBEN. I. DECORATO . R. HYMEN. I. ROMVLA . R. PRISC. II.
PARATO . K. PRISC. V. PHAEDRO . N. FVSC. VI. SIRICO . R. TYR. VII. AMORE . K. AVIT. X. ITEM . REBVR. XXV.
NORICO . R. I. MYSTICO . R. IIII. ACEREO . B. XX. IT. ACHILL. XXI. NICOLAO . K. I. GELOTE . R. I. PERDICE . R. I.
PALMATO . CIN. I. CELTIBERO . K. XVII. IT. MARC. LVI. INCLYTO . R. I. LICENTIA . N. I. LVPERCO . N. K. I.
DOMITIO . N. K. I. LATINO . N. K. IIII. GARRVLO . N. K. X. INGENVO . B. XXXVIII. ITEM . RELIQVOS . MANG.
SVPPEDES . IPSIVS . PERLEGES

Hujusmodi Inscriptio in Cubiculo servabatur, quod in everso *Sacrario* exstabat, inter veterem Cellam *B. M. de Febri*, quae deinde pro aditu in *Sacrarium* inserviit, atque alteram *SS. Andreae, et Iacobi Maj.* V. pag. 1283. Haec autem magni facienda certe est; quippe quae Equorum Onomasticon, ut ita dicam, tot, tamque elegantibus cognominibus mirifice ditaverit. Multa enim Equorum nomina occurrunt in lib. vI. Theb. Statii a vers. CDLXI; nonnulla etiam apud Fabrettum in Syntagmate *de Columna Trajani*, atque apud Gruterum p. cccxxxvII, et cccxxxvIII. ubi agitur de Ludis Circensibus. Plura item Equorum nomina memorantur, magnam partem Africanorum, quos summo in pretio, atque in deliciis Romani habebant, in mutila Inscriptione apud Sponium in T. III. Itinerarii, sed multo emendatius in Diario Italico Montfauconii p. 358, et 450. ubi etiam victoriarum numerus recensetur, quotque vicibus cursus palmam in certamine retulerint. Sed quantula haec sunt, si cum Tabula hac nostra conferantur, quae per se ipsa exhibet Equorum nomina ultra octoginta? Hanc primum edidit Gruterus p. CCCXLV, qui haec adnotavit. *Hanc tabellam Panvinius, quo facilius perciperetur, in sequentes tabellas digessit*, (quibus secrevit nomina Equorum, Coloris, Aurigarum, Praemiorum). *Praemia distribuebantur a Praetoribus. Sueton. Neron. c.* 5. Sed et in Praetura Aurigarios mercede palmarum fraudaverit. *Idem Praetor, praeerat Circensibus, mittebat mappam, committebat pugnaturos, et cursuros. V. Ant. Rom. Gud.* Nos iterum eamdem Inscriptionem ad archetypi fidem diligentissime expressam heic evulgamus, eruditis lectoribus non uno nomine placituram, etsi habeant luculentam Ioachimi Camerarii *de nominibus equestribus graecis, et latinis* collectionem in T. xl. Thes. Gronov. p. 839. ex edit. Lipsiensi 1556. 8.

Nunc proferenda essent Acta Collegii *Fratrum Arvalium*, quae supra indicavimus p. 1121. 1131. 1443. 1477. Sed quum ea ceteris Inscripr. et fragmentis, quae ad hanc usque diem detecta sunt, ad nobilissimum eorum Collegium spectantia, libeat attexere, et in unum veluti Corpus redigere, eadem ad calcem operis separatim reservanda esse duximus. Hanc igitur profanarum Inscription. seriem absolvam Taurobolii, et Criobolii inscriptionibus supra memoratis, ut quidquid nos polliciti sumus relligiose praestemus.

Fr. Blanchinius in praefatione ad Anastasium de hujusmodi tabulis ita loquitur. *Initiationes Sacerdotum Mithrae criobolio, tauroboliοque, perfecto in aris pluribus insculptae, additis Consulibus, et die dedicationis, effossae sunt prope flexum Circi Vaticani, dum fundamenta ponerentur meridionalis lateris transversae navis Basilicae, ubi SS. Simonis, et Iudae Apostolorum ara postmodum fuit excitata, asserente Iac. Grimaldi .... qui inscriptiones ex autographis descriptas exhibet fol. 164. quarum nonnullae licet editae legantur a Martinellio in opusculo de Imagine B. M. V. apud Moniales SS. Xysti et Dominici p. 17. paucae etiam occurrant apud Fabrettum Inscr. c. g. fol. 665. a neutro tamen universae proferuntur. Quare ex Grimaldi codice praestat tum impressas tum ineditas hic exhibere.*

XXXI.

M. D. M. I.

DD. NN. CONSTANTIO

EX MAXIMIANO NOBB

CAESS. V. CONSS. XVIII

KAL MAII . IVLIVS . ITA

LICVS . V. C. XV. VIR

S. F. TAVROBOLIVM

PERCEPI . FELIC

Anno Christi 305.



XXXI.

ANTONIN . . . .
V. C. PONTIF. ET DECEMVIR. SA. F
TAVROBOLIO . CONFECTO . III. KAL. MAI
FL. ANICIO . ET . NIGRINIANO . CON. ARAM.
FELICITER CONSECRAVIT

Edita a Fabretto Inscript. p. 665. spectat ad ann. Chr. 350.

XXXII.

M. D. M. I.
ET . ATTIDI MENO
TYRANNO CONSER
VATORIBVS SVIS CAE
LIVS HILARIANVS V.C.
DVODECEMBVR
VRBIS ROMAE
P. S. ET.HIEROCERVX
I. M. S. D. L. S. D
HECATE
D. N. GRATIANO AVG.
ET MEROBAVDE
CONSS. IIII. IDVS
MAIAS

Anno Dom. 377.

XXXIII.

ANTONIN. . .
V. C. PONTIF. E . .
DECEMVIR SA. F
TAVROBOLIO
CONFECTO III. KAL
MV. FL. ANICIO. ET
NIGRINIANO CON
ARAM . FELICITER
CONSECRAVIT

apud Fabrettum n. 2.

XXXV.

DIIS OMNIPOTENTIBVS
LVCIVS RAGONIVS
VENVSTVS . V. C.
AVGVR. PVBLICVS
P. R. Q. PONTIFEX
VESTALIS . MAIOR
PERCEPTO TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQVE
X. KAL. IVN.
D. N. VALENTINIANO
AVG. IIII. ET . NEO
TERIO . CONSS.
VI [1]

XXXVI.

M. D. M. I.
ET . ATTIDI . SANCTO
MENO TYRANNO
Q. CLODIVS FLAVIANVS
V. C. PONT. MAIOR
XV. VIR . S. F. SEPTEM
VIR EPVLONVM
PONTIFEX DEI SOLIS
TAVROBOLIO CRIOBO
LIOQVE PERCEPTO
ARAM DICAVIT
NONIS APRILIBVS
FELL. MEROBAVDE
ET . SATVRNINO
CONSS [2]

1 Anno Chr. 390. Heic mendum cubat. Legendum enim omnino est *Valentiniano Aug.* II, ut recte demonstrat eruditissimus Odericius, qui ibidem Bannierium (Tom. I. pag. 256.) *Valentinianum* III. perperam nominasse animadvertit, etsi Valentinianus III. Consul primo renunciatus fuerit anno 425, quo, tyranno Iohanne, Ravennae extincto, Caesaris titulum abjecit a Theodosio sibi concessum anno superiore, alterumque Augusti desumpsit die 23. Octobr. Hanc idem Odericius in diss. VIII. pag. 160. omnium postremam vocat, quae *Taurobolium* designet.

2 Anno Chr. 383.

XXXVII.

V. C. T
SACERDVS MAXIMA
M. D. M. I. TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQVE REPETI
TO . DIIS . OMNIPOTENTI
BVS . M. D. ET . ATTI
ARAM · DICAVIT
NONIS APRILIBVS
FL. MEROBAVDE
V. C. ITERVM
ET. FL. SATVRNINO
V. C. CONSS
An. Chr. 383.

XXXVIII.

MATRI DEVM MAGNAE IDEAE
SVMMAE PARENTI HERMAE
ET ATTIDI MENO TYRANNO
INVICTO CLODIVS HERMOGENIA
NVS CASARIVS V. C. PROCONS
AFRICAE . PRAEFEC. VRBIS
ROMAE . XV. VIR . S. F. TAVROBOLIO
CRIOBOLIOQVE PERCEPTO
XIIII. KAL. AVG. DIIS . ANIMAE
SVAE . MENTISQVE . CVSTODIBVS
ARAM . DICAVIT
D. N. GRATIANO AVG. TER
ET . . . AEQVITIO CONSS

Ann. Christ. 374. Fabrettus fol. 66. num. 522. ita exprimit M. D. M. I. ubi etiam versus aliter distinguit, et aptius, ut videtur.

XXXVIIII.

ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ
ΕΙϹ ΔΕΚΑΠΕΝΤΕ [1] ΑΝΔΡΙΩΝ ΦΟΙΒΟΥ ϹΤΕΦΑΝΕΦΟΡΟϹ ΙΡΕΥϹ
ΚΡΗϹΗΝϹ ΗΓΑΘΕΟϹΤΕ ΛΕΟΝΤΙΟϹ ΕΝϹΟΦΟΙ ΑΝΔΡΕϹ
ΟϹ ΜΕΝ ΑΠ' ΑΝΤΟΛΙΗϹ ΟϹ Δ'ΑΡ'ΑΠ'ΕϹΠΕΡΙΗϹ
ΟΡΓΙΑ ϹΥΝΡΕΞΑΝΤΕ ΘΕΑΙ ΠΑΜΜΗΤΟΡΙ ΡΕΙΗΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗϹ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΙΟ ΦΕΡΙϹΤΗϹ
ΑΙΜΑϹΙ ΜΥϹΤΙΠΟΛΟΙϹ ΒΩΜΟΝ ΥΠΕΡΤΙΘΕϹΑΗ

1 Ita, sed mendose pro ΑΝΔΡΩΝ. Interpretatio hujusce Inscript. talis est.

MATRI DEVM
XV. VIR . PHOEBI . CORONATVS . SACERDOS
CRESCENS . DIVINVSQVE . LEONTIVS . SAPIENTES . VIRI
ALTER . QVIDEM . AB . ORIENTE . ALTER . VERO . AB OCCIDENTE
RITVS . SIMVL , PERAGENTES . DEAE . OMNIPOTENTI . RHEAE
CRIOBOLII . VICTIMAE . ET . TAVROBOLII . OPTIMAE
SANGVINIBVS . SACRIS . ARAM . EREXERE

Duo versus sunt Hexametri, et duo Pentametri. Habebat a lateribus Cybelem cum Arbore Pini, et Attidem cum Capitibus Deorum.

Inscriptio Arae Lugdunensis est, hujusmodi.

XXXX.

TAVROBOLIO MATRIS D M I D
QVOD FACTVM EST EX IMPERIO MATRIS D
DEVM
PRO SALVTE IMPERATORIS CAES. T. AELI
HADRIANI ANTONINI AVG. PII PP
LIBERORVMQVE EIVS
ET STATVS COLONIAE LVGVDVN
L. AEMILIVS CARPVS IIIIII VIR . AVG. ITEM
DENDROPHORVS

Hic visitur insculptum Caput Tauri, seu Bucranium coronatum. Subtus legitur.

VIRES EXCEPIT EX VATICANO TRANS
TVLIT ARA ET BVCRANIVM
SVO INPENDIO CONSECRAVIT
SACERDOTE
Q. SAMMIO SECVNDO AB XV VIRIS
OCCABO ET CORONA EXORNATO
CVI SANCTISSIMVS ORDO LVGVDVNENS
PERPETVITATEM SACERDOTI DECREVIT
APP. ANNIO ATILIO BRADVA T. CLOD. VIBIO
VARO COS

In sinistro latere ejusdem Arae insculptum est Cranium Arietis, indicium Criobolii. Dextro autem in latere cultri figura visitur cum literis.

CVIVS MESONYCTIVM
FACTVM EST V ID. DEC.

V. p. 1107. Supervacanea res est de *Taurobolio* disserere, quum, qui primoribus, ut ajunt, labiis antiquitatem degustarunt, *Taurobolium*, nil aliud significare probe noscant, quam *Bovicidium* ut recte Salmasius ad Solinum p. 8. animadvertit, a graeca voce ταῦρος, id est *Taurus*, et verbo βαλλα, quod est *percutio*, quemadmodum *Criobolium* Sacrificium Arietis, quod κριὸς apud Graecos est Aries.

Antonius Vandale Firmicum Maternum, qui floruit Costantio, et Costante Imperatoribus, in libro de *erroribus profanarum religionum* (cap. XXVIII. in T. IV. Bibl. PP. p. 176.), omnium primum hujusce superstitionis, ad Christianorum Baptismi irrisionem, ac similitudinem institutae, meminisse contendit. Prudentius, ubi agit de Romano M. (Hymno X. in Peristephanon p. 136. edit. anno 1625.) ritum describit, quo se Matri Magnae Ethnici devovebant, ac totius caeremoniae partes, aere delineatas inspicies in *Memoriis Academiae Inscriptionum* (T. II. p. LI. p. 150.) et in notis ad *Marmora Taurinensia* (P. I. p. 24.).

Ceterum communior est eruditorum opinio, hujusmodi superstitionem non esse M. Antonini principatu antiquiorem, quod vetustior inscriptio, quae eam memorat, est percelebris Ara Lugdunensis a Monfauconio (T. II. Ant. Expl. p. 274.) aliisque edita, et a Dom. de Colonia, et Phil. a Turre illustrata. Verum apud Dominicum de Boze, annis circiter quindecim vetustiora exhibentur monumenta de eorumdem sacrorum origine.

Gorius (in Tom. II. et III. Musaei Etrusci p. 349.) Taurobolium a Sacrificiis Mithriacis derivasse conjecit, ex magna eorum similitudine. Item Fortunatus vero Scacchus in *Sacrorum Eleochrysmatum Myrothecio* II. (ubi *Sacerdotum expiatio explicatur* p. 702. edit. Amstel.) hinc fortasse suum *Taurobolium*, et *Criobo-*

lium Veteres sumpsisse arbitratur, ut etiam Huetius (in Demonstr. Evang. prop. IV. n. IV.) Wandale, Salmasius, ac de Vita opinati sunt.

Qui Taurobolium accipiebat, et consecrandus erat, in Scrobem profundam demittebatur, tabulis stratam, quae multis foraminibus pertusae erant, super quas Taurus auratis cornibus immolabatur, cujus sanguis per foramina ubertim defluens oculis, naribus, capite, toto denique corpore, a subjectis hominibus excipiebatur, qui, hujusmodi lustratione absoluta, in *aeternum renati*, ut liquet e Sestilii Agesilai Inscriptione, vel saltem ad vicenos annos puri, mundique censebantur, ut constat ex altera Inscriptione, et vetusto Poeta apud Salmasium (in vita Helagabali Tom. I. p. 804.) Idem Scacchus (cap. LXIX. ubi *expiationis Altaris ritus, ac caeremoniae explicantur*, p. 652.) Aras etiam tauroboliatas apud Veteres fuisse, atque hunc purgandi Altaris usum e sacris libris suffuratos esse docet. Nam *tauroboliare Aram*, sive *Altare*, graeca vetus inscriptio videtur indigitasse, quam ex Rigaltio profert Salmasius in Aelio Lampridio (pag. 103. num. XXIII, et latina apud Gruterum (p. XXVIII. num. V.) atque altera apud Jac. Gutherum (lib. III. c. V. de veteri jure Rom. Pontif. et in T. V. Graevii p. 123.

Verum, ut quisque eam opinionem amplectatur, quae veri similior videbitur, heic eorum nomina afferenda censeo, qui de hujusmodi sacrificiis pertractarunt.

Ant. Vandale Dissertatio de origine ac ritibus Sacri Taurobolii, p. 1174. *de Antiq. Graec. et Rom.* Amst. 1707. 4. Vide sis, quae Trivultiani de ea adnotarunt an. 1703. mens. Augusto p. 1327.

Auctor Anonymus (*Claude Gros de Boze*) scripti gallici *Explication d'une Inscription antique, ou sont decrites les particularitez des Sacrifices, appellez* Tauroboles. Paris 1705. 8. et in Tom. IV. *Memor. Acad. Inscript.* p. 121. 151.

Philippi a Turre explicatio Inscriptionis Taurobolii *Lugdunensis ad Gisbertum Cuperum.* Vid. Tom. XVII. Bibl. selectae Ioh. Clerici p. 168. et in Tom. III. *Thes. ant. Rom. Sallengr.* p. 858. et in T. VIII. Thesaur. antiq. et Histor. Italiae par. IV. post *Mon. veteris Antii*.

Explication du Taurobole, *et Criobole par le P. H.* (I. Harduin) V. in Mem. Trivultianis an. 1726. mens. Oct. p. 1859. 1876.)

Nathanael Frider. Klautz Dissertatio de Taurobolio. Lipsiae 1738.

Praeterea consule Reinesii epistolas ad Rupertum (p. 620.) et Commentaria ad Inscript. veteres (p. 76. 211. 212.) *Seldenum de Synedriis Hebreorum* (*lib.* III. 14. 8.) *Sponium in Miscellaneis eruditae antiq.* (*p.* 98.) et in T. IV. Thes. Poleni p. 420. 449. 688. 846. et in Aris Ignotorum Deorum in T. VIII. Thes. Gronovii p. 248. Gudium p. 20. 21. 22. Pitiscum in *Tauroboliare* Gio. Ant. Mezzabarba *Lettera intorno a un* Taurobolio. T. XIII. Opusc. Calog. Vossium de Idolol. lib. II. c. LIII. Joh. Andr. Bossium de Pontificatu Max. p. 276. in Tom. V. Thes. Graevii. Sertorium Vrsatum de notis Romanorum in T. XI. Graevii p. 976. *Fleetvvodum ad Inscriptiones selectas* (p. 16.) *Petrum Zornium in Bibliotheca antiquario exegetica* (*p.* 1081.) *Fabrettum* (*p.* 665.) *Donium in Classe* IV. *n.* 10. *Ioh. Clerici Bibl. selectam* (T. XVII. p. 168.) *Murator.* (*p.* 130. *n.* 5. *et* 6.) *De Vita Inscript. Benev.* (*p.* 93.) *Mamachium* (T. III. Antiq. Eccl. p. 354.) *Marangonium* Memorie Sacre, e Profane dell'Anfiteatro Flavio p. 87. ac demum *Gasparis Aloysii Odericii* dissertationem VIII. de vetusta Inscript. in Aedibus Barberinis adservata, ubi de *Taurobolio* copiose disserit.

ANALECTA
ET EMENDATIONES

Pag. 3. lin. 24. Johannis Launoii (*cujus nomen expungendum est e lin. 9. pag. 3.*)

pag. 14. lin. 18. quibusque ait Senator (lib. II. Ep. xxxvI.) id nominis inditum fuisse, *quod praeessent cornibus Secretarii Praetoriani*.

p. 16. lin. 5. de quibus agit Joh. Filleau in Tractatu singulari de *Comitibus Consistorianis* ad Tit. x. lib. xII. Cod. in T. I. Thes. Meermanni cap. x. ubi *Secretarium Judicum* ingrediendi, cum iisque sedendi facultatem, iisdem Comitibus concessam esse demonstrat p. 342.

p. 17. n. 3. Maffei Istoria Diplomatica p. 99.

p. 24. n. 1. V. Pompeo Sarnelli degli Atti Proconsolari de' SS. MM. in T. vII. Liter. Eccl. edit. Venetae p. 103.

p. 34. n. 5. in T. Iv. Anecdotorum Romae editorum p. 521.

p. 35. lin. 13. Gallicano Duce, et Consule (Acta cum Commentario praevio, et notis Dan. Papebrochii. in T. v. Junii p. 35. SS. Papia, et Mauro (De SS. MM. Romanis, P. et M. Commentarius Historicus. in T. III. Januar. Boll. p. 948.) Aproniano Commentariensi (Joh. Bolland. de S. A. brevis notitia in T. I. Febr. p. 287.) Zenone (Joh. Bapt. Sollerii de S. Zenone M. et Sociis Romae notitia. in T. II. Jul. Boll. p. 35.)

p. 35. col. 1. lin. 12. Tillemont. Mem. T. Iv. Baillet xxII. Sept. Felix de Balthasar, Apologie de la Legien Thebaine, ou de S. Maurice, et de ses Compagnons. Lucerne 1550. 8. adversus Hist. Eccl. des Bauraci par M. Spreng.

p. 37. lin. 11. V. Elia d'Amato, Disputa Accademica su la difesa fè Tertulliano, a favore di quel Soldato Cristiano, che ricusò con gli altri vittoriosi, portar su il Capo la Corona militare. Fra le sue lettere erudite. Genua 1614. p. 290.

p. 40. n. 4. Maffei Istoria Diplomatica p. 86. Montfauconius in Prologo Typici, sive Regulae Irenes Imp. p. 128. et 283. in Anecd. Graec.

p. 44. n. 6. V. Diss. di Girolamo Baruffaldi del colpo di Spada, o

di qualunque ferro tagliente, non mai vano, o fallace, nel decapitare, o dar la morte ai Martiri di Cristo. Modena 1752. 4. et in T. iiI. Nov. Collect. Opusc. Calogerà p. 253.

p. 46. lin. 9. Aldrovandi Antichità della Città di Roma. Venezia 1556. 8. p. 19.

p. 48. n. 7. V. Torrigio Grotte Vat. p. 555. ubi ait. *Benedetto Canonico.... chiama questa Chiesa* Templum fatale, *perchè, mentre vi era il Segretario Romano*, fatalis ignis absumpsit.

p. 50. n. 3. Montfaucon Antiquitès expliques. Ennio Quirino Visconti T. iI. Museo Pio Clementino.

p. 67. n. 4. Joh. Matth. Gesneri Diss. de Sileno, et Silenis. in T. iv. Commentar. Soc. Regiae Gottingens. ann. 1781. p. 3.

p. 71. lin. 10. Et sane Plato in l. vI. de legibus ita scribit. *Templa circa Forum struuntur, juxta haec Magistratuum undecumque Palatia, in quibus quasi sacratissimis, justam et accipient, et ferent sententiam, partim quidem, tamquam de rebus sacris judicaturi, partim vero tamquam judicantium Deorum ibi sint Delubra.* In eadem sententia est Aristoteles Polit. 12. In ipsis quoque Templis consedisse Reges, ad judicia exercenda Vergilius testatur. xiI. Aen. v. 170. V. de la Cerdae adnotationes.

85. n. 4. Pii II. Commentaria p. 307. Cluverius Ital. Ant. l. iiI. p. 923. Kircher in Latio p. 41. 48. Eschinardi de impetu p. 288. Casimiro da Roma della Chiesa, e del Convento di S. M. de Versacarro in Nemi. Nelle Mem. Ist. delle Chiese, e Conv. de' Frati Min. della Prov. Rom. p. 188.

p. 93. num. 13. et apud Cl. Clementem Blasium in Monum. graec. et latin. ex Museo Nanio. Romae 1787. 4. p. 194.

p. 108. n. 1. Joh. Geor. Abicht de Domino Esajae viso, et Trisagio celebrato. Gedani 1718. et in T. I. Thes. Hasaei, et Ichenii p. 857.

p. 135. n. 7. V. Borgia de Cruce Veliterna p. 315.

p. 136. n. 1. Joh. Christ. Polike diss. de magna Ephesiorum Diana. Lips. 1718. 4. Spanhemius in Comment. ad Callimachi hymnum in Dianam. Le Conte de Caylus Memorie sur la Diane d'Ephese, et sur son Temple. in T. xxx. Mem. de l'Acad. des Inscr. p. 428. et Altenburg. 1768. 4.

p. 139. n. 2. et apud Morcellium de Stilo Inscr. Latinar. p. 473.

p. 144. lin. 3. Quocirca, ut narrat Plutarchus in lib. de *Iside*, et

Osiride Dec. 5. c. 10. *Symposyacon*., Sacerdotes Aegyptii a salis usu abstinebant, quippe qui, calore suo, voluptatis sensum quodammodo acueret, ac titillaret. Quam in rem Porphyrius in lib. IV. *de abstinentia ab usu carnium*, non solum Sacerdotes Romanos ab haedinis abstinuisse, sed ne eas tangere, aut nominare quidem, iis licitum esse tradit, quod animal petulcum, ac libidini nimium proclive valde abhorrerent. Praeterea, teste Pompejo Festo, non modo Flamini Diali interdictum erat fabas, sed etiam hederam contingere, aut nominare. Nam, ut explicat Plutarchus in *Probl. Rom.* c. 96. et 11. quum hedera, tamquam herba lasciva haberetur, propter amplexus, quibus arcte arboribus, et parietibus adhaeret, iccirco eam studiose vitabant, ut hoc aenigmate indicarent, casta corpora adhibenda esse ad Deos adeundos, ac sedulo fugiendum, quidquid voluptatibus perfruendis exemplo esse posset, aut irritamento. V. alia, si lubet, apud Agnellum Onorato *sulla continenza de' Maritati*. fra le sue Dissert. Lucca 1737. 4. p. 159.

p. 144. n. 1. V. Plinium lib. II. c. 49. lib. 35. c. 2. Catullum, et Juvenalem Sat. 6.

p. 146. c. 2. n. 4. De Hierophantis, seu summis Initiatoribus Mysteriorum. in Diss. VI. de Conc. Amphictyonum Ant. Vandale. Amst. 1757. 4.

p. 151. n. 4. V. Paciaudi de Puteo Sacro Agri Bononiensis. Romae 1757. 4.

p. 163. n. 1. V. Sarnelli nel Lume a' Principianti P. II. Ques. XXII. Che nell'Altare, nel quale ha celebrato il Vescovo, non sia lecito ad un altro Sacerdote nello stesso giorno celebrare. p. 175.

p. 173. n. 9. Goarum in notis ad Euchologium.

p. 175. n. 9. in not. V. Braschi il Pulpito mitrato. Frid. Borromaeum de Concionante Episcopo. Mediol. 1932. fol. et lib. V. de sacris sui temporis Oratoribus. ibid. Ferrarium de veterum Christianorum Concionibus. Phil. Karolum de sacris ritibus a Celebrante in sacris functionibus, et a Concionatoribus in sermoniando peragendis. Panormi 1641. 8. Isaach. Hildebrandi Exercitationem de veterum Concionibus. Helmstat. 1661. 4.

p. 179. lin. 23. Nam actio I. *in Secretario S. Palatii, quod cognominatur Trullus*. in T. III. Conc. p. 1055. ibique, act. II. p. 1062. III. p. 1066. IV. p. 1071. V. p. 1142. VI. p. 1146. VII. pag. 1150. VIII. p. 1154. IX. p. 1191. X. p. 1198. XI. p. 1254. XII. p. 1303. XIII. p. 1330.

xiv. p. 1355. xv. p. 1371. xvI. p. 1378. ac xviiI. p. 1387. *in Secretario Divalis Palatii*, describuntur.

p. 179. lin. 24. et in altera versione, longe accuratiori, ex vetusto Cod. Bibl. Coll. Paris. Soc. Iesu, Actio I. occurrit *in Secreto divini Palatii, quod dicitur Trullus* p. 1479. aeque ac iI. p. 1483. V. p. 1515. vI. p. 1516. x. p. 1563. *in eodem Trulli Secreto* xI. pag. 1586. xiiI. p. 1609. xiv. p. 1615. xv. pag. 1717. xvI. p. 1620. quae pag. 1646. *in Trullo Palatii Imperatorii*, sive *in Trullo Imperatorio Palatio* p. 1651. designatur,

p. 183. n. 7. Sarnelli Lume a' Principianti. P. iI. p. 212. Quest. xxxvI. dello Stato Vedovile.

p. 188. n. 1. Chrysost. Hom. LXXIII. in Matth. T. viiI. Opp. edit. Maur. p. 712.

p. 192. lin. 16. Conc. Chalcedonensis Act. I. in *Secretario Episcopii*, celebrata describitur (in T. iI. p. 110.) iI. p. 114. iiI. p. 139. v. p. 150. vI. p. 155. viI. p. 158. viiI. p. 195. Itemque alibi de eodem Concilio legitur, *factum fuisse in Antiochensium SS. Eccl. in Portico Aestivalis Secretarii*. p. 179.

p. 192. lin. 18. Sic primum, secundum,

p. 192. lin. 19. *In Secretario Thermarum Gargilianarum*. in T. I. Conc. p. 1050. 1115. 1143. Conc. Milevitanum in *Secretario Basilicae*. T. I. Conc. p. 1217.

p. 192. n. 9. T. iI. p. 1071. act. I. act. iI. ibid. p. 1082.

p. 193. lin. 16. Hic idem locus, uti vidimus, *Secretum* nuncupatur. Nam in Conc. CP. sub Mena act. v. in T. iI. Conc. p. 1375. *intererant in Secreto honorabilis Episcopatus post Pascha*. Ac paullo post p. 1378. *Leontius Filius Matroniani Diaconus dixit. Audivi autem et hoc ab ipso ad Secretum hyemale .... Iulianus Diac. dixit. Congregans Presbyteros et Diaconos, et quemlibet Clericorum, qui ibidem in secreto inventi sunt*. p. 1378..... *Antonius Lector dixit; Scio et ego, dum adessem in secreto*. p. 1379. Item Conc. Hierosolym. contra Severum, Petrum, et Zoaram Haereticos celebratum fuit anno 536, *praesidente SS. ac BB. Patriarcha Petro, in Secreto venerabilis Episcopatus suae Beatitudinis* p. 1411, nimirum in *Secretario*. Nam collatio I. Conc. CP. II. an. 553. habita fuit, *considentibus in Secretario Ven. Episcopis hujus regiae Civitatis*. In Tom. iiI. Conc. p. 51. Item Collat. iI. p. 64. Coll. iiI. pag. 70. iv. pag. 71.

V. p. 91. vI. p. 139. vII. p. 171. et vIII. 187. *in Secretario venerabilis Episcopii*.

p. 194. lin. 3. Concil. Aquisgranense II. anno 836. habitum fuit *Aquisgrani Palatii in Secretario Bas. S. Genitricis Dei Mariae, quod dicitur Lateranis*. in T. IV. Conc. p. 1390.

p. 194. num. 1. V. Tom. v. Conc. p. 503.

p. 195. lin. 20. Haec inter praecipue numeranda videtur *Collatio, seu ratio, quae habita est de Symbolo Fidei in Secretario S. Petri Apostoli inter Domnum Leonem SS. et Evangelicum Papam Vrbis Romae, et Bernarium, atque Iesse Episcopos, seu Adalardum Abbatem missos Domni Caroli Imp. per indictionem* iI. *anno* 809. in T. IV. Concil. p. 970.

p. 196. n. 3. in Actis Caeremonial. apud Gattico p. 281. 432. et in Dan. Papebrochii Conatu Chron. Hist. ad Catal. Pont. Rom. P. III. p. 120.

p. 197. n. 3. de Cruce Veliterna p. 219.

p. 201. lin. 14. qui antiquitus *Subdiaconus de Cruce* nuncupabatur. V. Borgia Storia di Benevento. T. III. p. 115.

p. 205. num. 5. V. Borgia Prefazione alle Memorie di Benevento p. XVIII.

p. 220. lin. 6. Vsum vero recondendi Sacramentum augustum in Turribus ita explicat S. Germanus Parisiensis Antistes, apud Martene in Thes. Anecd. T. v. col. 95. *Corpus Domini ideo defertur in turribus, quia monumentum Domini in similitudinem Turris fuit scissum in petra, et intus tectum, ubi positum Corpus Dominicum, unde, quum esset Rex gloriae, triumphavit*.

p. 248. §. XVIII. lin. 6. Item Bernardus in Hom. III. super *Missus est*, inquit. *Quo ingressus est Angelus, ad eam? puto in* Secretarium *pudici Cubiculi, ubi illa fortasse clauso super se ostio, orabat Patrem in abscondito*.

p. 251. n. 4. V. Sarnelli T. iI. Lett. Eccl. Se la brevità della Statura sia compresa ne' difetti, che inducono irregolarità? p. 87.

p. 253. num. 2. Carmeli dell'uso dell'acqua lustrale p. 66. dell' uso del sale nel rito sacro. T. I. Stor. di varj costumi p. 81.

p. 259. n. 2. de eadem ablutione, olim praestita in Feria vI. maj. Hebdomadae, consule eruditissimum Steph. Borgia de Cruce Vaticana p. 73.

p. 261. n. 1. dell'uso di coprire il lastrico con tapeti, e con altro. Carmeli T. iI. p. 148. Storia di varj Costumi.

p. 273. §. 11I. lin. 4. Verum binae ablutiones, quarum altera vino, altera vino simul, et aqua post assumptionem peraguntur, olim diverso ritu fiebant. Nam prima non sumebatur a Sacerdote, sed ex Calice in *Sacrarium* infundebatur; ac vice secundae, lavabat digitos super ipsum *Sacrarium*, Altari proximum.

p. 278. lin. 18. Id enim diserte patet ex Inventario Bonifacii VIII, ubi describitur (p. *61.*) *unum Falcistorium, parvum de ebano, quod jungitur simul, sicut una Tabula*. Verum omnium pretiosius, quod Pontifices in usu habuere (Protocol. Bassi Not. p. 17. in Arch. Secr. Vat. apud Cl. Card. Garampi Sigillo della Garfagnana p. 81.) *fuit Facistorium magnum aureum, cum lapidibus pretiosis, quod D. Rex Karolus fel. rec. Clementi Papae IV. donavit, et dedit*.

p. 279. n. *6*. V. Sarnelli T. I. Lett. Eccl. dello Strumento, detto Bugia, e del Faldistorio, che adoperano i Vescovi p. 23.

p. 302. lin. *6*. Eadem die apud Syros Crux sollemni pompa defertur (Processio SS. Crucis juxta ritum Maronitarum anno 1*6*40. typ. Prop. Fid. V. Borgia de Cruce Vat. p. 12*9*.) *Crux asservata existat in* Sacrario, *aut in fenestra, quae est retro Altare, a feria sexta Passionis, et mane Dominicae Resurrectionis cooperiunt illam velo albo, post orationem autem diluculi*.

p. 302. n. 4. V. Borgia in praefat. ad Opusculum Card. Valerii de benedictione Agnorum Dei. p. *9*.

p. 30*6*. num. 3. e nel lume a' Principianti P. 1I. Ques. 1. della insufflazione, che si fa nel benedire l'acqua del fonte battesimale, e dell' altre cerimonie della medesima. p. 2. Borgia de Cruce Velit. ubi tradit, Velitris, ternario hoc numero, tres Marias vulgo indigitari, seu verius duas Marias, et unam Salomem, in Evangelio S. Marci cap. xvI. v. 1. commemoratas.

p. 30*9*. lin. 1. etsi antiquior mos esset, ut particulae ex Cereo Paschali decerptae, Populo viritim, die Dom. in Albis, post sacram Synaxim diriberentur, unde suffitum in Aedibus faceret, vel agros, vineasque muniret, adversus Daemonum praestigias, aut contra fulgura, et tonitrua. V. Borgia de Cruce Velit. p. 247.

p. 31*6*. n. *9*. Jos. Ant. Dinovart Diss. sur la Profession ancienne de Virginité, et sur la reception de voile. in Diar. Jun. p. 2*69*. Qu'anciennement la profession de Virginité, et la reception du voile se faisient dans le

meme temps. dans le Tom. IX. de l' Hist. de l' Acad. des Inscript. p. 110.

p. 323. lin. 8. Hic idem ritus exponitur in Epistolario, et Antiphonario Eccl. Bisuntinae Sec. XI. quod in Archivo Eccl. Cathedralis Veliternae adservatur, ubi de feria V. in Coena Domini haec habentur, a Cl. Steph. Borgia prolata (de Cruce Vaticana p. 74.). *Post expletionem Missae descendat Pontifex in* Sacrarium.... *Postea Seniores eant refectorium. Interim ut comederint, denudentur Altaria, et praeparetur aqua ad abluenda Altaria, sive vinum, sive pigmentum. Quum surrexerint Seniores a refectione, praecingat se Episcopus, vel ipsi Sacerdotes, quibus ipse jusserit, ut abluantur Altaria.*

p. 326. n. 6. Borgia Praefaz. alle Mem. della Storia di Benevento p. XV.

p. 328. n. 1. Martene de ant. Mon. rit. lib. V. c. V. §. 50. Mabillon. Preaf. I. in Sec. IV. Ord. S. Bened. n. 166. Card. Garampi Memorie della B. Chiara. 207.

p. 334. lin. 22. Sic in Epitom. Const. Eccl. Valent. T. IV. Conc. Hisp. p. 162. legimus, quod *Statuerunt servitium, quod praestare debent in solvendo* Vestuarium, *et primam Mensis Canonicis*.

p. 338. n. 2. Turrigium Grotte Vat. p. 314. 318.

p. 341. lin. 2. Ducem Nemesinum —— Nepesinum

p. 342. n. 6. Casimiro da Roma Mem. della Chiesa, e Convento d'Araceli p. 13.

343. n. 2. V. Sigonium lib. I. de Regno Italiae. Borgia Memorie di Benevento T. I. p. 41.

p. 345. lin. 5. In epistola traditionis data ad Municipes Civitatis Faventinae nominatur *Montanus V. C. Notarius Sacri Vestiarii Domn.* nella Istoria Diplomatica del Maffei p. 157. 159. 160.

p. 346. *in fine*. Itaque Justinianus in Nov. V. *Hegumenos* sacrorum Monasteriorum dicit eosdem, quos paullo infra ibidem vocat *Archimandritas*, pari modo, quo Hesychius Monasterii S. Theodori Praefectum, in Generali Conc. CP. sub Mena, modo *Hegumenum*, modo *Archimandritam* indiscriminatim appellat. Sic etiam in Conc. Nic. II. Sess. II. S. Sabas *Archimandrita*, nuncupatur etiam *Hegumenus* Studitarum; iique, qui in eodem Concilio *Hegumeni* appellantur, in Latina versione *Abbates* dicuntur. Item Eutiches, qui in Conc. Chalcedonensi *Archimandrita* vocatur, a Theodoro Presb. tamquam *Hegumenus* Mona-

sterii CP. salutatur. Jure igitur Morinus, quidquid contra opinatus fuerit Dadinus Altaserra, *Hegumeni*, et *Archimandritae* vocabula synonima esse pronuntiavit, ac facile est intelligere, quid Paullus Diaconus, et Anastasius significent, quum primus Theodorum *Hegumenum Studii*, alter in Adriani vita Pardum *Hegumenum B. Sabae* nuncupavit. V. Mondelli sopra gli Archimandriti p. 105. 109. nella Decade di Diss. Eccl. Roma 1786. 8.

p. 347. lin. 5. Joh. Confess. Hegumenum Monasterii Catharorum. (in T. III. Apr. p. 495.)

p. 347. lin. 16. *Sabbas reverentissimus Monachus, et Hegumenus Monasterii Studii* occurrit p. 62. in T. IV. Conc. ubi agitur de Miraculis S. Anastasii M. p. 175. in Act. IV. Conc. Nic. II. *Petrus misericordia Dei Presb. et Hegumenus Mon. S. Sabbae*, itemque *p.* 266. in Act. IV. Conc. Nic. II. pluresque *Hegumeni* tum in subscriptionibus ejusd. Conc. p. 282. 284. 276. tum in iis Conc. Florentini in T. IX. p. 430. nominantur.

p. 348. lin. 16. fugari —— fugare

p. 351. n. 2. du Tillot Memoire pour servir a l' Histoire de la Fête des Foux, qui se faisoit autrefois dans plusieurs Eglises. Lausanne, et Geneve 1741. fol. Paris 1751. 12. Lettre au sujet des memoires sur la Fête des Foux. Merc. Iun. 1742. 1743. Iuillet 1725. Observations sur le Fête des Foux, ou des Innocens. dans le Iourn. de Verdun Oct. 1751. de l' Origine de la Fête des Foux, et de la Mere folle de Dijon. dans le Variétés histor.

p. 356. lin. 30. quae in Typico Sabae μυροφόροι nuncupantur, ubi memoratur Dominica tertia post Pascha, quae *SS. Myrophorarum* appellabatur. V. Borgia de Cruce Velit. p. 248.

p. 362. n. 1. V. Borgia de Cruce Veliterna p. 174. 177. 178. 182.

p. 365. lin. 1. qui eadem, qua Caesar, sede gaudebat. In annal. Graecis pag. 263.

p. 366. lin. 5. In Typico Sabae C. LXXI, de variis commemorationibus faciendis p. 265. in Anal. Graecis, mense Oct. 14. Fiunt commemorationes beatae mem. Sancti, Authentis, et dilecti Patris Majestatis suae, Protoproedri, *Protovestiarii*, et magni Ducis Scholarum Orientis, Domni *Andronici Ducas*.

p. 374. lin. 22. *Rectorissae*, *Praefectissae*, (Martinelli primo Trofeo della Croce p. 148. Casimiro da Roma Mem. d'Araceli p. 172.) *Ma-*

reschallissae (Balut. Vit. Pap. Avenion. p. 834.) *Senatrices* , Senatorum , Mareschallorum , Praefectorum

377. n. 1. V. Torrigio Grotte Vat. p. 554. ubi ait. Assisteva alla benedizione delle Candele portate dalli Cerajuoli , chiamati *Vastarii* .

p. 379. lin. 6. Sic etiam hujusmodi herbarum , floruinque stratura *juncheria* dicebatur , ut legimus in Reg. Ep. Nivern. an. MCCLXXXVII. *Haec est costuma de Juncheria reddita in festo B. Martini hyemalis* . (Carpentier T. II. p. 929) Ac demum *juncatae* nomine designatur in Reg. Comp. Paris . (Sign. II. rub. fol. 20. r. ad ann. 1273. apud Carpentierium p. 950.) *Amanevus de Brana . . . . recognovit , quod debebat ... transvehere apud Branam per aquam de Dordonia praedictum dom. Regem se tertio militibus ; aqua de caussa si ibi transire voluerit , debet habere* juncatam *in navi , seu vase , in quo dictus Dom. Rex vellet transire a festo Pascae usque ad festum B. Martini , et de eodem festo B. Martini paleam usque ad festum Pascae . . . . Angerius de Lugenhac debebat* junchare *tempore aestatis Vas , in quo dom. Rex vellet transire* .

p. 379. n. 5. Dell' uso di por corone , o festoni di foglie verdi su le porte , per segno di festa , o di allegrezza . Carmeli Storia di varj costumi T. II. p. 123. Dell' uso di sparger fiori , o cose verdi in terra , dove passa qualche ragguardevole Personaggio ibid. p. 148.

p. 384. lin. 2. praeter Adelbertum Presbyterum , et Vesterarium p. 124. apud Cl. Tiraboschium in Hist. Nonantulana .

p. 392. lin. 29. Quod vero spectat ad singularem usum adhibendi *Corporale* ad incendia restinguenda , animadvertendum est , eô rem processisse , ut eodem hujus rei caussa , una cum augusto Sacramento , uterentur . Nam Rodulphus Glaber in lib. v. Hist. c. 1. referens incendium in Monasterio Reomensi obortum , haec narrat . *Fratres chrismale impositum conto elevaverunt , contra incendii flammas . . . . Statim vero ignis in sese retorquens , minime amplius , quam invaserat , arripere valuit . Panis tamen ille Dominicus , aura flante , a contulo elapsus , plus minus , duobus milliaribus evolavit* . Quocirca , ne quidquam debitae S. Eucharistiae reverentiae amplius detraheretur , Concilium Salisgustadiense cap. v. diserte vetuit , *ne Presbyteri Corporale Dominico Corpore consecratum , ad extinguendum ignem , temeraria praesumptione adhibeant* . V. Dionys. Sandelli de singularibus S. Eucharistiae usibus . Brixiae anno 1769. Francesc'Antonio Mondelli sopra la Condanna di Pirro Monotelita fatta , e sottoscrit-

ta dal Pontefice Teodoro p. 131. 145. nella sua Decade di Diss. Eccl. Roma 1786.

p. 393. n. 1. lin. 5. *Siphon*, *Arundo*. ibid. lin. 7. a Galliae Regibus, in die coronationis, Diacono, et Subdiacono S. Dionysii Parisiis, et sacris Ministris Cluniacensibus, die Dominica, aliisque festis. V. Mabillonium in T. iI. Mus. Ital. in Comm. praev. c. ix. Borgia Memorie di Benevento T. I. p. 72. 162.

p. 426. n. 3. Sarnelli T. vI. Lett. Eccl. Perchè dicendo il Sacerdote *Memento homo*, *quia pulvis es*, impone la cenere, non la polvere? p.48.

p. 430. lin. 21. Verum etiam quandoque Sacrarii Custos apud Moniales Sacrista vocabatur, ut liquet ex vita S. Simeonis Monachi, et Eremitae in Monasterio de Padolirona, ubi legimus. *Hisce laudibus una ex Ancillis Dei*, *Maria nomine*, Sacrista *ejusdem Ecclesiae*, *vehementer exterrita*, *ad Basilicae januas cucurrit*, *et quas vectibus*, *et seris obfirmaverat*, *quia apertas invenit*, *mirata obstupuit*. (In act. SS. Ord. Bened. Sec. vI. P. 1. p. 149. Eadem cum Commentario praevio, et notis Petri Basilici in T. vI. Iulii p. 319. Muratori Diss. LVI. de' Monasterj delle Monache p. 412. T. iI. P. iI. Roma 1755. 8.)

p. 438. n. 6. Borgia de Vat. Confessione B. Petri p. 59.

p. 446. n. 1. Garampi Illustrazione di un sigillo della Garfagnana p. 6. 107. Borgia Vat. Conf. illustrata p.118. ac de Cruce Velit. p. 202.

p. 446.n.4.V.Ciampinium Vet. Mon. P. I. c. 28. et de Aedif. Const. tab. 24. Alemannum de Parietin. Later. c. 9. Mabillonium Ann. Bened. l. 16. n. 91. Fogginium de itinere S. Petri p. 471. et Card. Jos. Garampium de Nummo argenteo Benedicti III. p. 127.

p. 448. n. 4.V.Auguste Galland des anciennes Enseignes, et Etendard de France, de la Chappe de S. Martin, de l'Office du grand-Senéchal, dit Dapifer, qui portoit cette Chappe aux Batailles; de l' Oriflamme, ou Etendard de S. Denys, de la Banniere de France, et Cornette blanche. Paris 1637. 4. et dans le T. iI. des antiquités de Paris de Sauval p. 732. liv. xiiI. Combault Discours sur la Chappe, ou Manteau de S. Martin. dans l' Hist. des Ministres d' Etat, par d'Auteil. Paris an. 1642. fol. Benneton de Peyrins Diss. sur les Enseignes militaires des François. dans le Mercure 1733. Fevr. et Iuin Vol. 1. et 2.

p. 450. n. 1. de Cubiculariis V. Borgia in Confessione B. Petri illustrata pag. 52. 54. 55.

p. 450. lin. 7. Pontificis vero *Capellani* antiquitus fuerunt xiI. Viri stlit. judicandis, qui deinde *Auditores Caussarum Palatii Apostolici* nuncupati fuerunt, quod caussis dirimendis praefecti essent, quae plerumque in ipsa *Capella* discutiebantur, ut liquet ex insigni Placito an. MCXXVI. habito a Clericis *Romanae Fraternitatis*, cujus verba a doctissimo Card. Garampio prolata, haec sunt. *Gestae rei ordinem Papae seriatim in Capella narraverunt. Ceterum Dominus Papa, audita caussa, benedicens eis, laudavit, et confirmavit.* (Sigillo della Garfagnana p. 114.) Ii vero in classes divisi pro diverso caussarum genere discutiendo, *Capellani primi, secundi, tertii gradus Caussarum Palatii* vocabantur, ut primum monuit Cl. Steph. Borgia T. iiI. Mem. di Benevento p. 277.

p. 459. lin. 22. Praeclariora sunt, quae habet Beroldus apud Muratorium in T. IV. Diss. med. aevi col. 874. Idem varia fuisse narrat Monasteria (T. iiI. P. I. Diss. LVII. De' riti della Chiesa Ambrosiana p. 229.) *De quibus Deo opitulante, Ego Beroldus Custos, et* Cicendalarius *ejusdem Eccl. quidquid vidi etc. huic nostro Libello tradere constitui.* Haec igitur subdit. *Antequam Tertia cantetur*, Cicendelarius *Hebdomadarius accendit Candelabra in* Secretario, *et unus duorum minorum Custodum Hebdomadariorum semper vestit Subdiaconem .... Et ipse Subdiaconus vadit in Ecclesiam ad Arcam, quae ibi posita est, et percutit eam cum manu, in qua libri veteris Testamenti, et novi positi sunt cum Tabulis eburneis .... ad quod sonum arcae, minor Custos Hebdomadarius pulsat tintinnabulum in Choro, et Ostiarius Hebdomadarius cum Observatoribus sonant in Campanili, et praedictus Subdiaconus revertitur in Secretarium, et recipit Candelabra.* Consule egregiam hujus loci explanationem a Cl. Cajetano Bugato prolatam (Memorie di S. Celso p. 253.)

p. 464. lin. 5. Ac de eorum primo conjicit Mabillonius (lib. iiI. Annal. Bened. n. 16. V. Borgia in Vat. B. Petri Confess. p. 57.) appellativo nomine *Benedictum* nuncupatum fuisse a Fortunato in vita S. Remigii, ubi venerabilis illius Viri ad S. Petri Sepulcrum miracula patrantis fit mentio. Item Paullus I. in epistola inscripta anno DCCLXVI. *Domno Excellentissimo Filio, et nostro Spiritali Compatri Pippino Francorum Regi, et Patricio Romanorum* (in T. I. Cod. Carol. p. 317.) memorat *Johannem Mansionarium Confessionis Basilicae B. Petri.*

p. 464. n. 2. de S. Abundio V. Fortunatum in vita S. Remigii, Mabillonium lib. iiI. ann. Bened. num. 16. Borgia de Conf. Vat. p. 57.

p. 466. lin. 15. Iidem vero Custodes Sec. xI, ut Turrigius animadvertit (Grotte Vat. p. 527.) *Mansionarii Oratorii S. Petri*, et *Mansionarii Scholae Confessionis S. Petri*, vulgo dici solebant. Atque hinc recte argumentatus est Steph. Borgia (de Vat. B. Petri Confess. p. 59.) eosdem in Collegii speciem jam tunc fuisse redactos. Quod quidem manifeste patet ex celebri historia LX. *Mansionariorum Bas. Vat.* qui, aevo S. Gregorii VII, ejusdem Bas. oblationes sibi usurpabant (Acta S. Gregorii VII. T. iiI. Script. rer. Ital. p. 313. V. eruditissimam illustrationem a Card. Garampio elucubratam del Sigillo della Garfagnana p. 73.) *mentientes Oratoribus, et praecipue multitudini rusticanae Lombardorum, asserentes se Cardinales Presbyteros esse*, quamvis ipsi essent *Cives Romani, uxorati, seu Concubinarii, barba rasi, et mitrati.*

p. 466. num. 2. de Martyrario V. Borgia in Confessione B. Petri illustrata pag. 52.

p. 487. n. 2. V. Borgia Storia di Benevento T. iI. p. 272.

p. 489. lin. 25. Sic enim S. Eligius Noviomensis vocavit *Cilicia, quae sunt indumenta poenitentium e pilis Hoedorum, atque Caprarum*. Itemque S. Caesarius in Homilia I. edit. Balutii pronunciavit. *Quia Cilicium de* Pilis Caprarum *texitur, et Caprae peccatorum similitudinem habere videntur, ille, qui poenitentiam accepit, non se agnum, sed hoedum profitebitur.*

p. 492. lin. 18. Conc. Ticinense anno DCCCL. *Non canibus, aut Accipitribus, vel Capis, quos vulgus Falcones vocat, per se ipsum venationes exerceat.*

p. 492. lin. 25. ut alias Conciliorum Sanctiones praeteream a Thomassinio (de vet. et nov. disc. P. iiI. lib. iiI. c. XLII. XLV. et XLVI. V. Borgia Storia di Benevento T. iiI. p. 372.) memoratas.

p. 505. lin. 18. n. 3. V. Sarnelli, perchè si velano le Croci nella Domenica di Passione, e della Croce Arcivescovile? Nel Lume a'Principianti pag. 85.

p. 509. lin. paenult. Item, ut legitur apud Cl. Tiraboschium in T. I. *Storia dell'augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola* p. 447. Breviario Ioh. Praepositi de Cella S. Benedicti in Persiceta, anno 1. Berengarii Regis, interfuit *Stephanus Sacerdos, et Monachus, et Sacrista ipsius Monasterii.*

p. 515. num. 5. Menardus in Sacrament. Gregor. not. 915. Iuveninus in diss. viI. de Sacram. quaest. xI.

p. 516.n.1. Sarnelli T. vI. Lett. Eccl. Del Sacramento dell'estrema unzione, e delle parole *Chrisma*, *Eucharistia*, e *Mithra* in altri significati pag. 42. e nel Lume a' Principianti P. iI. Quest. xviiI. Dell' Olio degl' Infermi di due sorte. p. 165.

p. 527. n.5. V.Torrigio Grotte Vat. p. 242. ubi ait. Paolo IV. introdusse anco, che nelle due lampade della Cappella del Palazzo Apostolico ardesse, in luogo d'oglio, cera bianca buona dì, e notte, il che tuttavia si osserva esattamente, il che scrive Gio. B. del Tufo sudd.

p. 528. num. 2. Dionysius Vandellius de singularibus Eucharistiae usibus apud veteres Graecos Commentarius. Brixiae 1769. 8. de Christianorum priscorum Synaxibus extra Aedes sacras Commentarius. anno 1770. 8. Lettera di Benedetto XIV. sopra il divoto, e pio desiderio di Giacomo III. Re della Gran Brettagna, di potersi communicare, ancorché dopo la mezza notte precedente abbia preso qualche ristoro per l'indigenza della sua complessione. Roma 1756. 4. Franc. Ant. Mondelli sopra il rito di conservare l' Eucaristia nelle Case, e nei Tempj, praticato dagli antichi Fedeli. p. 205. nella sua Decade di Dissert. Eccl. Roma 1786. 8.

p. 534. n. 1. Sarnelli T. vI. Lett.Eccl. Qual sia la Domenica Mediana? delle Ordinazioni ne' Sabbati de' quattro Tempi, e della Rosa d'oro. p. 44.

p. 548. n. 1. Sarnelli T. vI. Lett. Eccl. Se Veronica sia nome di una Santa Donna, o pure del Volto santo del Salvatore? p. 16.

p. 550. num. 1. de Diploide. V. Salmasium in confutatione animadversionum Ant. Cercoetii, sive Dion. Petavii p. 9. De Statua Haemorrhousae a Christo sanatae, Mulierisque ad Herodem epistola, graece, et latine p. 445. in P. iiI. Cod. Apocr. Novi Testamenti I. A. Fabricii. Hamburgi 1759. 8.

p. 553. num. 6. et in P. iiI. Cod. Apocryphi novi Testam. Ioh. Alb. Fabricii p. 449.

p. 558. num. 1. V. Gothofredum ad Philostorgium pag. 274. 276. et Dallaeum in lib. iiI. c. iI. de Imagin. p. 265.

p. 578. c. viI. lin. 3. aliis —— alii.

p. 582. lin. 6. Idque pari modo suspicandum esse puto de Conc. CP. IV. Act. 1. quae *in dextra parte Catechumeniorum celeberrimi, sanctique, et magnifici Templi Sophiae* p. 1026. in T. v. Conc. celebrata fuit, itemque de Act. vI. p. 1054. *in magnificentissima Templi magnae Eccl. parte*

dextra p. 1054. de Act. vII. *ad dextram M. Eccl. partem p.* 1066. de Act. IX. p. 1091. *ad dextram M. Eccl.* ac de Act. X. *ad dextram S. Sophiae partem Templi* 1098. Nam in T.vI. Conc. Pseudo-Synodus Photiana, quae *in Venerabili magno Secretario* ann. 879. pag. 214. congregata dicitur, in Act. III. *dextra parte Cathecumeniorum SS. Dei Magnae Eccl. p.* 278. aeque ac in Act. V. p. 315. et vII. p. 338. quemadmodum Act. IV. *in Sancto Magno Secretario* p. 299. habita fuit, etsi Act. vI. *in percelebri Palatio Triclinii aurei* p. 331. enuncietur.

p. 589. lin. 15. Hunc usum diserte etiam probat insignis locus Typici Irenes. *in Cap.* LXXVII. *De numero breviculorum, et Typicorum venerandi Monasterii Gratiaplenae, et ubinam quodlibet eorum sit reponendum p.* 277. *in Analect. Graecis. Quandoquidem tria Typica membranacea blattiis operta, nec non tria Brevicula a nobis adornata sunt, cum praesenti nempe Typico, et Breviculo omnium Monasterio consecratorum: statuimus, ut duo ex illis, Typicum videlicet, et Breviculum, in divino, tuto, et sacro magnae Dei Ecclesiae* Scevophylacio, *seu* Sacrario *deponantur, eodem modo, et loco, quo Typicum, et Breviculum Monasterii Virorum Philantropi, sive Salvatoris depositum fuit, ut indelebilia in omne Seculum essent, quae a nobis in illo circa Manasterium Philantropi statuta sunt, et quae illi assignata sunt. Altera duo sint apud quorumlibet temporum Monasterii Patronas, ut accuratam illorum notitiam habeant, quae a nobis in illis statuta sunt. Alia vero duo Typicum, et Breviculum reponantur in* Sacrario *Monasterii Gratiaplenae. Porro alii duo libri, quorum unus quidem in Typico, alter vero in Breviculi ordinem exaratus, ambo bombycini, quotidiano Monasterii usui inserviunt.*

p. 592. lin. 17. Pseudo Synodo Palamyticae an. 1350. subscripsere *Magnus Scevophylax Euthymius Apocaurus, et Scevophylax Venerabilis Regii Cleri, et Georgius Diaconus Perdicas.* in T. xI. Conc. p. 559.

p. 592. n. 7. et 990.

p. 595. lin. 19. Synodo Hierosolymitano anni 1672. subscripserunt *Abbacum Scevophylax S. Sepulcri p.* 270. in T. xI. Conc. *Papa Isaac magnus Scevophylax.* ibid. et *Galation Monachus, et Scevophylax.* ibid. p. 271.

p. 596. lin. 15. *Stephanus reverentissimus Presbyter, et Syncellus, nec non* Chartophylax *relegit.* in T. III. Conc. p. 798. *Photinus Chartophylax* memoratur in Pseudo Synodo Photiana. pag. 274. in Tom. vI. Concil. *Chartophylax summae Dei Ecclesiae Aulinus CP. Concilio Nym-*

Giovanni Antinori Architetto

Itaque Pontifex die xvI. Iulii, anno MDCCLXXXVI. jussit, ut sacra Aera, veluti postliminio, ad Bas. frontem ornandam redirent. Insequenti die manus operi admota, ac super dextrum angulum Pronai in machina temporaria interim collocata, prima vice insonuerunt, die vI. Augusti, qua Pont. Max. ex Aedibus Quirinalibus Basilicam, ut solet, pietatis ergo, adivit.

Propediem vero in eadem veteri Sede, directo ordine, apte disposita in perpetuum collocabuntur, Horologio Italico superaddito, Signis e marmore tiburtino, Clypeisque opere musivo affabre elaborato, cui alterum ad laevam sociabitur, gallico more horas indicans, ut Alae Frontis Templi Vaticani Incolis, Advenisque utrinque appareant elegantius, et magnificentius ornatae, ac nullo unquam tempore, elatis quasi vocibus, de laudibus PII VI. munificentissimi Principis, meritisque in Bas. Vat. excellentibus, atque immortalibus, conticescant.

Ne pagina vacaret, visum est pauca haec Paralipomena heic apponere.

---

p.1264.n.1.*Turrigius ne' sacri Trofei Romani p.3.* Die 23. Ianuarii 1557. instituit festum Cathedrae S. Petri in mense Ianuario ad confutandum errorem negantium, quod S. Petrus nunquam venit Romam.

p. 1272. n. 1. Corr. NICOLAVS PAPA QVINTVS AN
NO IVBILEI MCCCCL PONTIFICA
TVS SVI ANNO QVARTO.
Crescembene de Perusi me fecit

In uno e tribus Tintinnabulis legitur *Nicolaus Papa quartus* pro *quintus*.

pag. 1467. n. 1. *Turrigius ne' Sacri Trofei Rom. p. 72.* Apparse dopo morte (S. Paolo) a Plautilla, e gli restituì il velo, come si legge nella sua Historia, e scolpito nelle porte di bronzo di S. Pietro fatte da Eugenio IV. Et in un quadro di Giotto nell' Archivio di S. Pietro. *Et pag. 115. cap. xx. Della Chiesa di S. Salvatore vicino alla Porta di S. Paolo.* Questo successo vedesi scolpito nelle porte di bronzo di Eugenio IV. nella Bas. Vat. e dipinto scorgesi da Giotto Fiorentino in una tavola di noce nell'Archivio di S. Pietro.

p.1735. n.XIII.*Turrigius ne' sacri Trofei Rom.p.*144. Il dottissimo Vgonio già Cherico Benefitiato della Bas. Vat. ivi fatto da Sisto V. dove è seppellito in Sagrestia, degno d' essergli fatto un Epitaffio per la sua se-

gnalata dottrina ben conosciuta da' Pontefici, et in particolare da Clemente VIII. che gli fece assegnare la parte nel Palazzo Apostolico, come io ho trovato registrato in questa forma. *Canavaro commune*. Darete un boccale di vino il giorno al Sig. Pompeo Vgonio delli dui, che havea Pietro Morini Segretario della Stampa Vaticana, atteso che l' altro se li fa dare in Cantina secreta. Di Casa questo dì 23. Dec. an. 1603. Fantino Renzi.

pag. 1509. n. 3. *Turrigius dell' antichissima Statua di S. Pietro di bronzo nella Bas. Vat. ne' sacri Trofei Rom. p.* 159.

Nel 1625. per maggior honorevolezza vi fu donato da divoto Spagnolo un Baldacchino di seta rossa a stelle d' oro, et un panno di dietro dell' istessa foggia, che tutta via si vede.

Nel 1627. vi fu assegnata l' entrata per una lampada, che vi ardesse di continovo da Christoforo Benincalsi Lombardo, come n'apparisce da Istromento pubblico nell'Archivo, donandovi anco una lampada d' argento.

Nel 1632. a dì 27. di Giugno persona divota vi donò un regno di tre corone di valore scudi 100. per porlo in testa al venerabil Simolacro. Secondo un uso antico, nella festa sua, giorno 29. di Giugno per cagionare nel popolo maggior riverenza, e veneratione, se gli pone in capo una mitra vescovale, e vestesi di candido camige, stola ricamata, e di un antico Peviale donato alla Basilica circa 300. anni sono, rappresentando in Ponteficale il medemo S. Pietro primo Pontefice. Vi ardono spessissimo d' avanti altre lampade, e cerei, e per gratie ricevute vi si veggono intorno voti di argento, di cera, dipinti, e simili.

MARMOREA
FRATRVM ARVALIVM
MONVMENTA

QVIBVS

ACTA COLLEGII ET TITVLI IPSORVM HONORARII

CONTINENTVR

COLLEGIT DIGESSIT INTERPRETATIONEM ADIECIT

CAIETANVS MARINIVS V. C.

Non mediocres tenebrae in silva, ubi haec captanda, neque eô, quô pervenire volumus, semitae tritae.

Varro de L. L. L. IV.

FRANCISCVS CANCELLIERIVS

CVLTORIBVS ANTIQVITATIS



N tibi, amice Lector, Apophoreta, quibus Te e convivio dimittimus. Anno MDLXXVIII. e *Sacrarii Fundamentis* egestae sunt binae Tabulae *Actorum Fratrum Arvalium*, quas semel, atque iterum edidit V. C. *Cajetanus Marinius*. Itaque mens erat, ut instituti mei ratio poscebat, principem iis locum dare in nostra *Inscriptionum profanarum Sylloge*, et cum altera consociare, quae in Bas. Tabulario olim servabatur, ac modo in Ambulacro, quod e novo Sacrario ad Subseliarium ducit, iis conjuncta conspicitur. Sed quum consilium meum aperuissem *Stephano Borgiae*, Praesuli priscarum rerum studio, et cognitione praestantissimo, is auctor mihi fuit, ut reliquis Inscriptionibus, et fragmentis attexerem ejusdem argumenti, quae ad hanc usque diem detecta sunt, quaeque Marinium nostrum in unum studiosissime collegisse, non ignorabam. Quid multa? Hujusmodi consilium mihi vehementer arrisit; e vestigio amicum optimum adii; eumdem pro amicitia rogavi, ut ne gravaretur schedas suas ad *Arvalium Fratrum Acta* spectantes, e scriniis eductas mihi in manus tradere, arbitriumque earum omne permittere. Non diu exorari passus est Vir indulgentissimus, ac liberalissimus, meque optatissimo hujusmodi gemmarum thesauro ditatum, ac gestientem dimisit. Itaque nihil cunctandum ratus, Inscriptiones LXIII. partim in vulgus notas, atque editas, partim hactenus ignoratas, ineditasque, eodem ordine, quo eas Marinius digessit, formis typographicis, quanta maxima fieri potuit, cura, ac diligentia, exprimendas curavi, tabulis nonnullis aere incisis. Sed, ut majori cum animi voluptate, nullis inter legendum offensi salebris, hujusmodi lautitiarum studiosi, eas percurrere possint, e regione Romanorum, seu majorum characterum, easdem literarum, et interpunctionum notis, qualibus nunc vulgo utimur, ab eodem Marinio docte, ac laboriose expressas exhibemus, adje-

ctis supplementis, diverso charactere, distinctis, ut facilius in oculos incurrant. Sequuntur Indices duo, alter nominum, alter rerum notabiliorum.

Equidem videbam plurimum lucis, atque etiam pretii editioni, quam parabam, accessurum, si Marinius easdem Inscriptiones adnotationibus illustrasset. Et sane, me ipso flagitante, jam eas magnam partem adornare instituerat Vir eruditissimus, praesertim, ut varietates a ceteris in lucem editis, quae in suo exemplari ex archetypis marmoribus summa fide, curaque descripto passim occurrunt, tueretur, atque explicaret. Verum quum multis negotiis distentus celeriter opus perficere, ac perpolire non posset, ac flagrantissimae aestatis calores, et minus commoda valetudo ab incoepto identidem avocarent, praelo interim urgente quotidie magis, eas diutius exspectare, integrum non fuit, mihique elapsam fuisse de manibus praeclaram spem, admodum aegre tuli.

Vtinam tamen otium, ac vires suppetant praestantissimo Viro, ut quamprimum hujusmodi consilium profligare possit! Vix enim puto, quidquam disertius, atque eruditius fieri a quoquam posse; omninoque ab acri, et subacto ejus judicio in omni antiquitate investiganda, nihil non sperandum esse, pro certo sumam. Ipse enim, ut, praeter cetera eruditionis suae testimonia in vulgus prolata, Inscriptiones Christianae Aevi milliarii, propediem ab se evulgandae fidem facient, nostrae aetatis Polemon jure nuncupari potest, qui, teste Athenaeo, Ptolemaei Epiphanis aetate, cognominatus fuit ὁ στηλοκόπας, eo quod columnas, sive Cippos, quos *Stilos* vocabant, in singulis Graeciae Vrbibus magno labore transcripsisset.

Interim, si quis de Collegio Fratrum Arvalium, eorumque sacrificiis erudiri cupiat, a Jac. Grimaldo haec accipiat.

Arvales Fratres Sacerdotes erant, quos Romulus instituit, seque inter illos XII. Fratres appellavit, quorum officium erat Cereri, et Baccho pro frugum, et vini ubertate hostias mactare; antequam mactarentur, ter circum arva ducebantur. Virg. in Georg.

Terque novas circum felix eat hostia fruges.

Ei Sacerdotio Acca Laurentia Romuli nutrix tribuit Infulas albas, et spiceam coronam, quae prima apud Romanos corona fuit. In dicta Inscriptiore nominantur hae coronae, cum dicit EX CORONIS ACCINIIS HONORATARVM ec.

Sicut nos dicimus Fratres talis ordinis, ita et illi dicebant Fratres Arvales.

Vt hodie dicimus Magistrum Generalem talis ordinis ec. ita illi dicebant Lucium Veratium Quadratum Magistrum Fratrum Arvalium magisterio secundo ec. Istorum Fratrum Collegium erat, non alio nomine appellatum.

In Pronao, idest in Porticu Aedis Concordiae, quae adhuc cernitur ad radices Capitolii, quam incendio consumptam S. P. Q. R. restituit, ut ibi notat inscriptio.

Lautis manibus, velato capite sub Divo Columini contra Orientem, Columini, idest substentationi, praesidio, et decori. Velato capite cernuntur hodie Capitolii Sacerdotes Idolorum velato capite.

Sacrificium peragebant in Domo, etiam et in Luco, Lampadibus incensis.

Si Frater Arvalis ab hac luce discedebat, non Magister, sed totum Collegium in demortui locum alium subrogabat, sicut in Aede Concordiae Collegium cooptavit Fratrem Arruntium in locum Q. Tilli Sassi.

Heic etiam a Lectoribus desiderari minime patiemur Praefationem eruditionis, atque elegantiae plenissimam, quam Marinius suae editioni praemisit, in hunc modum.

Quas nunc primum hic vides marmorum antiquorum litteras, eae complures exhibent earum rerum, quas olim Fratres Arvales, amplissimum Sacerdotum Collegium, ad stabilem, diuturnamque memoriam posteritati prodebant. Non eos fefellit omnino consilium: jamdudum enim est, quod Acta ejus Collegii ex ruderibus, communique veterum monumentorum sepulcro membratim prolata ad lucis usuram, celebritatemque remigrant. Nemo in his evulgandis fragmentis felicior hactenus visus est doctissimo illo Hadriensium Antistite, qui patrum memoria quaedam edidit ceteris, quae antea legebantur, illustriora, *ut ipse ait*, tum rerum quarumdam novitate, tum etiam copia. *At nostra haec illis quoque magnopere antecellunt: nihil plane in hoc genere praestantius unquam, aut uberius repertum est. Tabulae sunt marmoreae duae, altae lataeque pedes circiter altera tres, altera quattuor, quarum una est etiam* ὀπισθόγραφος*, nuperrime in Vaticano, dum* PIVS VI. P. M. *splendidissimum, et cum sui magnitudine animi, tum Basilica illa dignum Sacrarium molitur, effossae: rudi scalptura, confertis, et minutis litteris, quarum est forma non invenusta solum, sed saepe dubia, insolens, commutata. Accedit his fragmentum alterum in Hortis Justinianeis in Laterano superioribus mensibus erutum, quod, cum (editis jam Vaticanis) rescitum de illo fuerit, curatum est, ut summa fide describere-*

tur, iisque συγχρόνοις suis in hac secunda editione socius daretur. Pertinent enim omnia ad annos Aerae nostrae CCXVIII. *et consequentes. Ritus ex Arvalium sacris, et cerimonias tradunt non mediocrem partem ignotas hactenus, et singulares: Elagabalum Imperatorem in eorum collegium cooptatum docent, formulas in eam rem addunt, et precationem. Est denique in Vaticanis insigne quoddam propter summam vetustatem carmen ab Arvalibus* tripodiantibus *ex libellis ter*, clusis aedibus *recitatum, cujus ab ipso Romulo, qui Fratres Arvales instituit, fortasse superstitio manavit. Habet quippe antiquissima verba, non modo nobis, verum illis etiam, qui recitabant, incognita: siquidem Horatius vanam hominis confidentiam irridet II.* epist. 1. *86.*

Saliare Numae carmen qui laudat, et illud,
Quod mecum ignorat, solus vult scire videri.

Quinctilianus etiam Inst. Or. I. *6.* Saliorum carmina, vix Sacerdotibus suis satis intellecta *commemorat.* Sed illa, *inquit*, mutari religio vetat, et consecratis utendum est. *Eadem plane religio carmen Arvalium ad Elagabali tempora, et ad nos usque propterea propagavit. Cum itaque fragmenta haec tam illustria Cajetanus Marinius, opera, studioque Petri de Tois, acris, et sollertis ingenii Viri adjutus descripserit accuratissime, iis non est passus doctos Viros carere diutius: a multis enim, quoniam fama percrebuit, jam requiruntur, et recte describendi summa est difficultas. Litterae, quantum consequi diligentia, et labore ille potuit, expressae fideliter sunt, ac redditae hisce vulgaribus; nam, quoniam per typorum figuras non licuit, fieri non potuit, quin ab insculptis, et archetypis longe discederent. Vbi eorum aliquae deerant, numeris, qaot viderentur deesse litterae, indicatum est: quo facilius, et promptius partim ex ingenio, partim ex aliis jam editis fragmentis hae resarciri jacturae possint. Atque ista quidem fragmenta omnia, quae dissita nunc, et separata in Gruteri, Fabretti, Sponii, Turrii, Muratorii, Maffeii, et Marangonii libris habemus, cum his majoribus, et praestantissimis conjungere, simulque omnes Fratrum Arvalium res commentario illustrare, operae pretium mehercule videretur. Hoc, si quando erit otium, quoniam non his solum, sed etiam ceteris antea, quae parum emendata in hominum versantur manibus, multum laboris impertiit, Marinius est praestiturus.*

Adde Scriptoribus a Marinio allatis Alexandrum ab Alexandro [1],

1 lib. 1. c. XXVI.

Andream Cirinum [1], Salmasium [2], Joh. Philippum Casselium [3], Joh. Paullum Reinhardum [4], Gorium [5], et Steph. Ant. Morcellium [6]. Ac demum accipe, quae speciatim de tabulis Vaticanis adnotavit P. F. Fogginius [7].

Itaque secundum usum loquendi Populo concessum, eam vocem (TRIVMPOS) *scripserunt Vernae Antiates Domus Augustae. At vero non secundum usum, sed scienter ad ostentandam antiquitatem sic insculptam esse puto, etiam in marmore nuper effosso, dum excavarentur fundamenta Sacrarii, quod se, et Vaticano Templo dignum* D. N. PIVS VI. *aedificari jusserat, et jam ad fastigium evehi conspicitur.* Hoc *marmor continet* Acta Fratrum Arvalium sub Imp. M. Aur. Antonino Elagabalo, *et inter varios antea ignotos antiquissimi hujus Collegii ritus hunc praecipua animadversione dignum tradit, quod* SACERDOTES CLVSI, SVCCINCTI, LIBELLIS ACCEPTIS, CARMEN DESCINDENTES, TRIPODIAVERVNT *in canticum ex quinque constans versiculis, singulis ter iteratis, quod explicit repetita quinquies voce* TRIVMPE. *Totum hoc Canticum haud refero, quia dubia est ejus lectio, non modo ob Litterarum rudem, implexamque formam, sed etiam quia plures in eo insertae videntur voces primaevae aetatis Linguae Romanae. Primus ter iteratus versiculus is est:* ENOSLASES IVVATE: *forte*: En nos Lases iuvate; *olim enim* Lares *dicebantur, qui postea* Lares, *teste Terentio Scauro* de Orthographia. *Hunc autem, et quatuor subsequentes versiculos ter iteratos musice alternatim cantatos fuisse crediderim, claudentem vero totum Canticum vocem* TRIVMPE *repetitam quinquies concorditer a Choro universo. Rem adnotavi ob novitatem, ut spero, placituram,*

Vale, amice Lector, atque his utere felix.

1 de Vrbe Roma c. II.

2 in notis ad Lampridium in Helagabalo c. vII.

3 de Sue in Sacrificiis Gentilium. Magdeb. 1743. 4. p. 22.

4 de Sacrificiis, et Sodalibus Arvalibus Erlangae 1744.

5 de Columb. in T. III. Thes. Poleni p. 271.

6 de Stilo Inscriptionum Latinarum p. 81., et 197.

7 in Fastorum Anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiis p. 14. Romae 1779. fol.

TESTIMONIA
AVCTORVM VETERVM
DE COLLEGIO
FRATRVM ARVALIVM.



Varro de Lingua Latina Lib. IV.

Fratres Arvales dicti sunt, qui sacra publica faciunt, propterea ut fruges ferant arva: a ferendo, et arveis Fratres Arvales dicti sunt; quia Fratria dixerunt. Fratria est graecum vocabulum partis hominum: ut Apollini (L. *Neapoli*) etiam nunc.

Plinius Hist. natur. lib. XVIII. *cap.* 2.

Arvorum Sacerdotes Romulus in primis instituit, seque duodecimum Fratrem appellavit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice sua, spicea corona, quae vitta alba colligeretur, in Sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quae prima apud Romanos fuit corona: honosque is nonnisi vita finitur, et exules etiam, captosque comitatur. Numa instituit Deos fruge colere, et mola salsa supplicare . . . . Ac ne degustabant quidem novas fruges, aut vina, antequam Sacerdotes primitias libassent.

Gellius Noct. Attic. Lib. VI. *cap.* 7.

Sed Sabinus Massurius in primo Memorialium secutus quosdam Historiae Scriptores, Accam Laurentiam Romuli nutricem fuisse dicit. *Ea, inquit, mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit, in illius locum Romulus Accae Laurentiae se se filium dedit*; *seque, et ceteros ejus filios Fratres Arvales appellavit. Ex eo tempore Collegium mansit Fra-*

trum Arvalium numero duodecim. Cujus Sacerdotii insigne est spicea corona, et albae infulae.

Festus de Verb. signif. Lib. I.

Ambarvales hostiae appellabantur, quae pro arvis a duobus (l. *a duodecim*) Fratribus sacrificabantur. Ambarvalis hostia est, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt.

Fulgentius Planciades expos. serm. ant.

Arvales Fratres. Acca Laurentia Romuli nutrix consueverat pro agris semel in anno sacrificare, XII. filiis suis sacrificium praecedentibus: unde quum ex iis unus esset mortuus, propter nutricis gratiam Romulus in vicem defuncti se succedere pollicetur; unde ritus processit cum XII. jam deinceps sacrificare, eosque Arvales dici Fratres, sicut Rutilius Geminus in Libris Pontificalibus memorat.

Glossae veteres latin. graec.

Arvales Sodales, οἱ περὶ τῶν ὅρων διαγινώσκοντες δικασαί.

Glossae graec. latin. Cyrillo adscriptae.

Ἀρουραῖος Arvalis.



I.

Romae in Domo Karoli Astalli .

..... CN. F. LENTVLVS · AVGVR. MAG. IN . LOCVM ....
..... FRATRES · ARVALES · RETTVLIT · ARBOREM ....
.... EM · DIAE . VETVSTATE . CECIDISSE. Q.D.E.R.F.P.D.E.R.I.C.
... R. VETVSTATE · IN · LVCO · DEAE · DIAE . CECIDISSET · VT
... O · AD · SACRIFICIVM · CONSVMERETVR · NEVE · QVID
... EXPORTARETVR
... T. L. DOMITIVS . CN. F. AHENOBARBVS · L. CALPVRNIVS
... ONTIFEX · PAVLLVS · FABIVS · Q. F. MAXIMVS
... DEM · COS. PRIDIE · EIDVS · MAIAS · IN · REGIA
... CN. LENTVLVS . AVGVR. MAG. IN · LOCVM · L
... PAVLLI · DRVSVM · CAESAREM · TI. F. AVGVSTI · N.
... ARVALEM · COOPTAVIT · ET · AD · SACRA · VOCAVIT
... CN. POMPEIVS · Q. F. L. DOMITIVS · AHENOBARBVS
... PISO · PONTIF. F. QVINCTIVS . CRISPINVS
.... PER · TABELLAS · COOPTARVNT
... AVGVSTVS · TI. CAESAR · AVGVSTI · F. GERMANICVS
... PAVLLVS · FABIVS · MAXIMVS
... EIDVS · XVIII. K. IANVARIAS · IN · REGIA
... VS · CN. F. LENTVLVS · AVGVR. MAG. IN · LOCVM · CN.
... POMPEIVM · AVGVREM · ET · IN · LOCVM . IMP.
... AVGVSTI .... FRATRES · ARVALES
... AD · SACRA · VOCAVIT
... CAESAR · TI. F. L. PISO · PONTIFEX · T. QVINCTIVS
... M. CORNVTVS · PER · TABELLAS · COOPTAVIT
... AVGVSTVS

I.

Cn. Domitius Cn. Filius Lentulus, Augur, Magister in locum . . . .
et ad Fratres Arvales rettulit Arborem *in Luco*
*De*ae Diae vetustate cecidisse, quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.
*Cum arbo*r vetustate in Luco Deae Diae cecidisset, ut . . .
. . . . o ad sacrificium consumeretur, neve quid . . . .
e Luco exportaretur;
*Adfuerun*t Lucius Domitius Cn. Fil. Ahenobarbus, Lucius Calpurnius
L. Fil. Piso, *P*ontifex, Paullus Fabius Q. Fil. Maximus.
*Is*dem Consulibus pridie idus Majas in Regia
Cn. Cornelius Cn. *Fil.* Lentulus, Augur, Magister in locum
L. Aemilii L. Fil. Paulli Drusum Caesarem Tiberii Fil., Augusti Nepotem.
Fratrem Arvalem cooptavit, et ad sacra vocavit;
Adfuerunt Cn. Pompejus Q. Fil., L. Domitius Ahenobarbus,
L. Calpurnius L. Fil. Piso Pontifex, T. Quinctius Crispinus.
. . . . per Tabellas cooptarunt.
Adfuerunt Imp. Caesar Augustus, Tib. Caesar Augusti Fil. Germanicus,
. . . . Paullus Fabius Maximus.
Isdem Consulibus XVIII. Kal. Ianuarias in Regia
*Cn. Corneli*us Cn. Fil. Lentulus, Augur, Magister in locum Cnei
Pompeii . . . . Pompeium Augurem, et in locum Imperatoris
Caesaris Augusti . . . . Fratres Arvales
cooptavit, *et* ad sacra vocavit.
Adfuerunt Drusus Caesar Tiberii Fil., L. Piso Pontifex, T. Quinctius
Crispinus . . . . Marci *Filius* Cornutus
. . . . per Tabellas coopta*runt*.
Adfuerunt Tib. Caesar Augustus . . . .

II.

Ibidem .

. . . . MAM . AEM.
. . . . CN. TREM.
. . . . III. K. IVNII .
. . . . QVOD . T. QVI.
. . . . VALERIA .
. . . . ARVALIVM .
. . . . TVLIT . IN .
. . . . DEMORTVI
. . . . IBVS . AD . SA.
. . . . CRAECIN . . . .
. . . . FVERVNT .
. . . . VALER .

III.

Ibidem .

. . . . LIVM . AD
. . . . FELICEM
. . . . QVI . VALET
. . . . ESSE . NON
. . . . IN EIVS . LO. . . .
. . . . .NVS . SV. . . .
. . . . ADFVERVNT
. . . . VALERIAN
. . . . CAESAR
. . . . ANI . . . . .
. . . . MESSALI . . . .

II.

. . . . mam . Aem . . . .
. . . . Cn. Trem. . . . .
Isdem Coss. III. Kal. Iunii . . . .
. . . . Quod T. Quin*ctius Crispinus*
Valeri*anus Mag. Fratrum*
Arvalium . . . .
*ret*tulit in . . . . *locum*
demortui . . . .
cooptavit, et ad sac*ra vocavit*
. . . . Graecin*ium* . . . .
*Ad*fuerunt *T. Quinctius Crispinus*
Valer*ianus Magister* . . . .

III.

*In Collegio Fratrum Arv*alium ad
. . . . Felicem
. . . . qui valet-
*udine detentus ad*esse non
potuit, *et* in ejus lo*cum*
. . . . nus su-
ffectus est. Adfuerunt
T. Quinctius Crispinus Valerian-
us Magister, *Drusus* Caesar
Tib. Fil., *Lucius* Canin*ius*
Gallus . . . . Messal*la*

IIII.

Romae in Capitolio, ex Mus. Albano.

. . . AESARIS . DIVI	DIVI · AVGVSTI · I. O. M. B . . .
. . . I. O. M. BOVEM	AD · FVERVNT · PAVLLVS · FA . . .
	GALLVS · TAVRVS · STATILIVS . . .
. . . CN. DOMITIVS	XVI. K. DEC. IN . . . . . .
	IDEM · PRO · MAGISTRO . EX · DEC. . .
. . . ERSICO · COS.	TI · CAESARIS · DIVI · AVGVST . . . .
. . . . . FRA . ARV. IĪ. K. IAN.	TRIBVNIC. POTESTATE . XXXV...
. . . . COLL	IMMOLAVIT
	AD . FVERVNT PAVLLVS · FAB. . .
	. . . LLVS . TAVRVS . STATILL . . .
	. . . . INIO · Q. PLAVTIO . . . . .
	. . . . GALLO . MAGISTRO . FRATR. . .
	. . . . IANVARIAS · INCAPITOLI . . .
	. . . . . MAG. FRATRVM · ARVA . . .
	. . . . . CAESARIS . AVG. PONTIFI . . .
	. . . . . . MOLATIS . QVAS . SVPERIO . . .
	. . . . PROXVMVM · ANNVM · PRA . . .
	. . . . I. O. M. SI
	. . . . MAXIMVS · TRIB. POTEST. X̄...
	. . . . R. QVIRITIVM . ERVNT . . .
	. . . . LIS . SI QVA · SVNT . ERV . . .
	. . . . MQVE . IN EODEM . . .
	. . . . TRVM . . .

IIII.

. . . . . *Tib.* Caesaris Divi	Divi Augusti Iovi optimo maximo bovem *marem* ...
Aug.F...Iovi Optimo Maximo bovem	Adfuerunt Paullus Fa*bius Persicus*, ... *L. Caninius*
	Gallus, Taurus Statilius *Corvinus* . . . . .
. . . . Cn. Domitius	XVI. Kal. Dec. in *Capitolio* . . . .
	Idem pro Magistro ex Decreto *Consulum Collegas* (*convocavit pro* . . .
.L.Vitellio,Paullo Persico Consulibus.	Ti. Caesaris Divi August*i F.* . . .
	Tribunicia potestate XXXVII....*Iovi Optimo Maximo*...
.... Fratres Arvales secundo Kal. Jan..	Immolavit ;
. . . . Coll.	Adfuerunt Paullus Fab*ius Persicus* . . . .
	*Cami*llus, Taurus Statil*ius Corvinus* . . . . .

*Sex. Papi*nio, Q. Plautio Consulibus
L. Caninio Gallo Magistro Fratr*um Arvalium*
III. *Non.* Ianuarias in Capitolio . . . . .
L. Caninius Gallus Magister Fratrum Arva*lium vota nuncupavit pro salute*
Ti. Caesaris Aug. Pontifi*cis Max. Trib. Pot. XXXVI . . Victimis*
*im*molatis, quas superio*ris anni Magistri voverant*, *persolvit*, *et*
nuncupavit in proxumum annum pra*eunte* . . . . *in ea verba*,
quae infra scripta sunt. Iupiter optime maxime si
Imperator Ti. Caesar Pont. maximus Tribunic. potest. *XXXVII. . . incolumis erit*
ante diem 3.*Non.Ian.quae proximae Populo Romano* Quiritium erunt,*fuerintve*,*et eum*
diem, *eumque salvum servaveris ex pericu*lis, si qua sunt, erun*t* . . . . . .
. . . . . . *eu*mque in eodem *statu*, quo nunc est, aut eo meliore servaveris,
*tunc tibi nomine Collegii Fra*trum *Arvalium Bove aurato vovemus esse futurum* ...

V.

Romae olim in Museo Alexsandri Albani Viri Eminentiss.

. . . . . ƆALL . . .
. . . . AGISTE . . .
. . . . ARISAVGL . . .
. . . COLLEGI . NOMIN . .
. . . NT. L. CANINIVS . .
. . . FABIVS PERSICVS . .
. . . IN CAPITOLIO

vI.

Romae in Hortis Barberinis .

. . . IDIBVS IANVARIS IN CAPITO
. . . ILIVS CORVINVS MAGISTER FRAT. .
. . . CONSVLVM COLLEGAS CONVOCAV. . .
. . . CIPIENDA PRO SALVTE CAESARIS
. . . TAVRVS STATILIVS CORVINVS L. CANINI...
. . . IVS PERSICVS CN. DOMITIVS
. . . AD X K. FEBR. IN CAPITOLIO
. . . LIVS CORVINVS MAGISTER FRATRVM
. . . CONSVLIS ET EX CONSENSV SENATVS
. . . VOCAVIT ET OB SECVRITATEM ET SALVT
. . . IS AVGVSTI BOVES MARES DVO IOVIO...
. . . IT
. . . TAVRVS STATILIVS CORVINVS FABIVS
. . . CANINIVS GALLVS CN. DOMITIVS
. . . AD V. ID. . . . .

V.

L. Caninius Gall*us*
*M*agister *Fratrum Arvalium pro* . . . .
*Ti. Cae*saris Augusti Divi *Aug F* . . . .
. . . . Collegi nomine ;
*Adfuer*unt L. Caninius *Gallus* Magister ,
Paullus Fabius Persicus , ...
. . . . . . in Capitolio . , ...

VI.

. . . . Idibus Ianuariis in Capito*lio*
*Taurus Sta*tilius Corvinus Magister Fr*atrum Arvalium*
ex decreto Consulum Collegas convocav*it*
*ad vota sus*cipienda pro salute *Caii* Caesaris . . . .
Adfuerunt Taurus Statilius Corvinus, L. Canini*us Gallus* ,
*Paullus Fab*ius Persicus , Cn. Domitius . . . .
Isdem Conss. ante diem X. Kal. Febr. in Capitolio . . . .
*Taurus Stati*lius Corvinus Magister Fratrum *Arvalium*
ex decreto Consulis , et ex consensu Senatus
*Collegas con*vocavit, et ob securitatem , et salut*em*
*Caii Caesa*ris Augusti boves mares duo Iovi optimo *maximo*
*immola*vit ;
Adfuerunt Taurus Statilius Corvinus , Fabius *Persicus* ,
L. Caninius Gallus , Cn. Domitius . . . . .
. . . . ante diem V. idus . . . . .

VII.

Romae apud Fulvium Vrsinum V. C.

. . . . . . FRATR . . .
. . . . ARIS · MATRIS . . .
. . . . MANICI · BOVEM . . .
. . . ADFVERVNT · CN. DOMITI . . .
. . . VS · PERSICVS . C. CAECINA · LAR . . .
. . . . AD · VI. K. NOVEMB . . .
. . . . OB · DETECTA · NEFARIA · CON . . .
. . . . . VM · CN. LENTVLI · GAE . . .
. . . . OTHO · FLAM . . .
. . . . FRATRVM . . .

VII.

. . . . . Fratr. *Arval* . . . .

*Cae*saris Matris . . . . .

*Ger*manici Bovem . . . . . .

Adfuerunt Cn. Domiti*us* . .

*Paullus Fabi*us Persicus, C. Caecina Lar*gus* . . . .

Isdem Coss. ante diem VI. Kal. Novemb. . . . .

Ob detecta nefaria con*silia contra Imperatorem*

*Cajum Caesarem August*um Cn. Lentuli Gae*tulici* . . . .

*Adfuerun*t . . . . L. Salvius Otho Flam*en* . . . . .

. . . . Fratrum *Arvalium* . . . .

VIII.

Romae apud Ianum Coricium V. C.

. . . .
ADFVIT · M. ENNIVS · VINICIANVS
IN CAPITOLIO
PROMAGISTRO · MAGISTERII
FRATERCVLI · CONLEGI · FRATRVM ARVA
LIVM · OB · NATALEM · GERMANICI
IOVI · BOVEM . MAREM · IVNONI · VACCAM L.
IMMOLAVIT TAVR
M. ENNIVS · VINICIANVS · M. SILANV · C. CAECINA M
LARGVS . TAVR. STATILIVS · CORVINVS
K. IVNIS
ADFVIT · PRO · MAGISTRO · MAGISTERII
FRATERCVLI · CONLEGI · FRATRVM . AR
VALIVM · NOMINE · AD · DEAM · DIAM · VACCAM
IMMOLAVIT ADFVERVNT
IMP. CAESAR · AVG. GERMANICVS
C. CAECINA · LARGVS · TAVRVS · STATILIVS
CORVINVS · M. ENNIVS · VINICIANVS · C.
CALPVRNIVS · PISO · M. SILANVS
N. IVN. IN · CAPITOLIO
ADFVIT · PRO · MAGISTRO · MAGISTERII
FRATERCVLI · CONLEGI · FRATRVM
ARVAL. NOMINE · OB · NATALEM
GERMANIC. AVG. IOVI · BOVEM · MAREM
IVNONI · VACCAM · MINERVAE · VACCAM
ADFVERVNT · C. CAECINA · LARGVS · M. SILANVS
M. ENNIVS · VINICIANVS · C. CALPVRNIVS · PISO
. . . .

VIII.

Adfuit M. Ennius Vinicianus
In Capitolio
Pro Magistro Magisterii
Fraterculi Conlegi Fratrum Arva-
lium ob Natalem Germanici
Iovi Bovem marem, Iunoni Vaccam, *Minervae Vaccam* L. ....
Immolavit. *Adfuerunt* Taur*us Statilius* ...
M. Ennius Vinicianus, M. Silanus, C. Caecina M*arcus*
Largus, Taurus Statilius Corvinus.
Isdem Conss. Kal. Iuniis ....
Adfuit Pro Magistro Magisterii
Fraterculi Conlegi Fratrum Ar-
valium nomine ad Deam Diam Vaccam
Immolavit; Adfuerunt
Imp. *C.* Caesar Augustus Germanicus,
C. Caecina Largus, Taurus Statilius
Corvinus, M. Ennius Vinicianus, C.
Calpurnius Piso, M. Silanus.
Isdem Conss. Non. Iun. in Capitolio
Adfuit Pro Magistro Magisterii
Fraterculi Conlegi Fratrum
Arvalium nomine ob Natalem
Germanici Augusti Iovi Bovem marem,
Iunoni vaccam, Minervae vaccam;
Adfuerunt C. Caecina Largus, M. Silanus,
M. Ennius Vinicianus, C. Calpurnius Piso.

VIIII.

Romae apud F. Vrsinum.

. . . . S. L. VITELLIVS · PAVLLVS . . .
. . . . S. C. PISO . MAGNVS . POMPE . . .
IDVS · IANVAR
. . . OVI · QVOD · TI · CLAVDIVS · CAE . . .
. . . VS GERMANICVS · P. P. APPELLATVS . . .
. . . TOLIO · IOVI · BOVEM · MAREM · IVN . . .
. . . CAM . MINERVAE . VACCAM . FELICI . . .
. . . ACCAM · DIVO · AVG. BOVEM. · MAREM · DI . . .
. . AVGVSTAE · VACCAM
ADFVERVNT
C. CAECINA · LARGVS · L. VITELLIVS · PAVL . . .
FABIVS · PERSICVS · TAVRVS · STATILIVS . . .
CORVINVS · C. PISO · M. SILANVS · L. SILAN . . .
. . GNVS · POMPEIVS
XVI. K. FEBR
. . . ATIONEM · DIVAE · AVG. ITEM . . .
. . DIVO · AVGVSTO · BOVEM . MAR . . .
. . . E · VACCAM
ADFVERVNT
. . . . LARGVS · L. VITELLIVS · PAVL . . .
. . . . CVS · TAVRVS · STATILIVS . . .
. . . . SO · M. SILANVS · L. SILANV . . .
. . . . EIVS
. . . . FEBR . . .
. . . .

VIIII.

Adfuerunt

C. Caecina Largus, L. Vitellius, Paullus
Fabius Persicus, C. Piso, Magnus Pompe*ius*.
Isdem Conss. . . . idus Ianuar.
Feriae Iovi, quod Ti. Claudius Cae*sar*
*August*us Germanicus Pater Patriae appellatus *est*:
*Immolarunt in Capi*tolio Iovi Bovem marem, Iuno*ni*
*Vac*cam, Minervae Vaccam, Felici*tati*
*V*accam, Divo Augusto Bovem marem, Di-
vae Augustae Vaccam;

Adfuerunt

C. Caecina Largus, L. Vitellius, Paul*lus*
Fabius Persicus, Taurus Statilius
Corvinus, C. Piso, M. Silanus, L. Silanus,
*Ma*gnus Pompeius.
Isdem Conss. XVI. K. Febr.
*Ob Conse*crationem Divae Augustae, item
. . . . . D*i*vo Augusto Bovem mar*em*, *Divae*
Augustae Vaccam;

Adfuerunt

C. Caecina Largus, L. Vitellius, Paul*lus*
*Fabius Per*sicus, Taurus Statilius
Corvinus, *C. Pi*so, M. Silanus, L. Silanu*s*
*Magnus Pomp*eius.
Isdem Conss. . . . . Febr.

X.

Romae in Palatio Farnesio, ex Museo ejusdem Vrsini.

. . . MINERVAE · VACCA . . .
. . . DIVO · AVGVSTO · BO . . .
. . . NTEMPLO · CONCORDI . . .
. . . LATIO · DIVO · AVGVST . . .
. . . D · ARAM · PROVID . . .
. . . . CAM · IMMOL . . .
. . . . VNT · CN. D . . .
. . . . . . TATIL . . .
. . . . VI . . .

XI.

Romae apud Ianum Coricium.

. . . .
PERSICVS · IOVI · BOVEM
MAREM · ADFVIT · M . . . S . . .
IX. K. OCT
NATALE · DIVI · AVG. IN · CAPITO
LIO · IMMOLAVIT · L. VITELLIVS
MAGISTER · PRO · COLLEGIO
FRATRVM · ARVALIVM · IOVI
BOVEM · MAREM · AD · ARAM
GENTIS · IVLIAE · VACCAM
ADFVERVNT . C. CAECINA · LARGVS
SILANVS · STATILIVS . . . . .
VIII. K. OCT . . . .
IN · PALATIO · L. VITELLIVS · MAGISTER
PRO · COLLEGIO · FRATRVM · ARVA
LIVM · IMMOLAVIT . DIVO · AVG
BOVEM · MAREM · ET · DIVAE · AVG .
VACCAM . . . .
. . . .

X.

Minervae Vacc*am* . . . . .
Divo Augusto Bo*vem* . . . .
In Templo Concordi*ae* . . . .
in Palatio Divo Augusto . . . .
ad Aram Provid*entiae* . . . .
*Vac*cam immola*vit* . . . . .
*adfuer*unt Cn. Do*mitius* . . . .
Taurus Statil*ius Corvinus* . . . .
. . . . vi . . . .

xI.

Immolavit Paullus Fabius
Persicus Iovi Bovem
marem, adfuit M. . . . S. . . .
Isdem Conss. IX. K. Octobr.
Natale Divi Augusti in Capito-
lio immolavit L. Vitellius
Magister pro Collegio
Fratrum Arvalium Iovi
Bovem marem, ad Aram
Gentis Iuliae Vaccam :
Adfuerunt C. Caecina Largus,
M. Silanus, Statilius *Corvinus*.
Isdem Conss. VIII. K. Octobr.
In Palatio L. Vitellius Magister
pro Collegio Fratrum Arva-
lium immolavit Divo Augusto
Bovem marem, et Divae Augustae
Vaccam . . . .

XII.

Romae olim apud Fabrettum V. C. fragmentum tabellae repertae in Aventino, in impluvio Monasterii S. Priscae.

. . . . ET · COL . . .
. . . OOPTATI . . .
. . . RES · ET · CENA . . .
. . XVI. K. IVN. IN . . .
· · Ɔ
. . VS · GERMANIC
. . SVIS . . .
. . L. CAMILLI · M. FV . .
. . ALEM . COLLEGAM . . .

. . AE · ALLATAE · VT . . .
. . MPTO · NOVO · DI . . .
. . EODEM · DIE . .

. . . . M. RECITA . . .
. . . . ERMAN . . .
. . . . I. F. FR . . .

XII.

. . . et C*ollegam* ;
post cooptatio*nem*
. . . res , et cena*verunt* .
. . . XVI. Kal. Iun. in *domo*
. . . .
*Ti. Claud*ius German*icus* . . .
Arvalibus suis *salutem* . . .
in locum L. Camilli · M. F*uri* . . .
*Fratrem Arva*lem Collegam *vobis nomino*

*Tabell*ae allatae ut . . .
. . *in te*mplo novo Di*vo* Aug.. . .
. . . eodem die . . .

*tabell*am recita*verunt* . . .
*T. Claudius G*ermanicus . . . .
. . F. Fratr. . . . .

XIII.

Romae apud Ianum Coricium .

CN.LENTVLO·GAETVLICO · T. CVRTILIO · MAG. F. A
III. IDVS · DECEMBR. IN · SACRA · VIA
P. MEMMIVS·REGVLVS·PRO·MAGISTRO.FRATRVM · ARVALIVM
NERONIS · CLAVDI · CAES. AVG. GERMANICI · PRINCIPIS
DOMVM · DOMITIANAM · OB · MEMORIAM · DOMITI · PATRIS
XVIII. K. IANVAR. IN · CAPITOLIO
P. MEMMIVS · REGVLVS.PROMAGISTRO·FRATRVM · ARVALIVM
NERONIS . CLAVDI· CAESARIS · AVG. GERMANICI · PRINCIPIS
IMMOLAVIT · IOVI·O. M. BOVEM · MAREM · IVNONI · VACCAM
SALVTI · EIVS · B. M. GENIO · EIVS · VACCAM
IN · COLLEGIO · FRATRVM . ARVALIVM
P. MEMMIVS.REGVLVS . PROMAGISTRO ·FRATRVM·ARVALIVM
FAVSTVS · CORNELIVS
CN. LENTVLO · GAETVLICO · T. CVRTILIO . M. F. A
. . . .

XIII.

Cn. Lentulo Gaetulico, T. Curtilio Magist. Fratrum Arvalium

III. Idus Decembris in sacra via

P. Memmius Regulus Pro Magistro Fratrum Arvalium

.... Neronis Claudii Caesaris Augusti Germanici Principis P*arentisque sui ante* Domum Domitianam ob memoriam Domitii Patris.

XVIII. Kal. Ianuar. in Capitolio

P. Memmius Regulus Pro Magistro Fratrum Arvalium

ob Natalem Neronis Claudii Caesaris Augusti Germanici Principis P*arentisque sui*

. . . . . immolavit Iovi Opt. Max. Bovem marem, Iunoni Vaccam, *Minervae Vaccam*, Saluti ejus Bovem marem, Genio ejus Vaccam;

Adfuerunt in Collegio Fratrum Arvalium . . . .

. . . . . . Faustus Cornelius . . . . .

Cn. Lentulo Gaetulico, T. Curtilio Magist. Fratrum Arvalium

. . . .

XIV.

Romae apud Ful. Vrsinum .

... CAMERINVS · A · ƎITELLIVS · C. VIPSTANVS · APRONIANVS
... AFRICANVS · COS.
... IDVS · DECEMBR.
.. M. ARVALIVM · NOMINE · IMMOLAVIT · IN · SACRA · VIA
... MORIAE · CN. DOMITI · AHENOBARBI · B. M.
.. SATVRNINVS · A · VITELLIVS · C. VIPSTANVS · APRONIAN
.. CAMERINV .. T. SEXTIVS · AFRICANVS · L. SALVIVS · OTHO
... K. IANVAR.
.. VM · ARVALIVM · NOMINE · IMMOLAVIT · IM · CAPITOLIO
.. SARIS . AVG. GERMANICI · IOVI · B. M. IVNONI · VACCAM
. . . .

XVI.

Ibidem .

. . . .
. . . . . COLLEGII. . . . .
. . . . IN CAPITOLIO · OB · NATALEM · NERO
. . . RIS · AVG. GERMANICI · IOVI · B. M.
. . VACCAM · MINERVAE · VACCAM · FELICI
TATI · PVBLICAE · VACCAM · CONCORDIAE · VACCAM
GENIO · IPSIVS · TAVRVM · IN COLLEGIO · ADFVERVNT
SVLPICIVS · CAMERINVS . MAGISTER · M
APONIVS · SATVRNINVS · C. VIPSTANVS
APRONIANVS · L. SALVIVS · OTHO · TITIA
NVS · T. SEXTIVS · AFRICANVS

XV.

Romae in cavaedio Palatii Farnesiani, ex Museo Vrsini.

. . . .

... VACCAM · SALVTI · PVBLIC. VACCAM · FELICITATI · VACCAM · GENIO · IPSIVS · TAVR

... O · ADFVERVNT · A. VITELLIVS · M. APONIVS · SATVRNINVS · L. SALVIVS · OTHO · TITIANVS

.. ICIVS · CAMERINVS · C. VIPSTANVS · APRONIANVS · P. MEMMIVS · REGVLVS · C. PISO

NERONE · CLAVDIO · DIVI · CLAVDI · F. GERMANICI

CAESARIS · N. TI · CAESARIS · AVG PRO. N. DIVI · AVG. AB · NEP

CAESARE · AVG. GERMANICO · PONT. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VII. COS. IV.

COSSO · LENTVLO · COSSI · FILIO COS

K. IANVAR

SVLPICIVS · CAMERINVS · MAGISTER · COLLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · NOMINE · IMMOLAVIT · IN CAPITOLIO OB

COS. NERONIS · CLAVDI · CAESARIS · AVG. GERMANICI · IOVI · B. MAREM · IVNONI · VACCAM · MINERVAE · VACCAM

GENIO. IPSIVS · TAVRVM / IN · COLLEGIO · ADFVERVNT · SVLPICIVS · CAMERINVS · MAGISTER · L. PISO · L. F

... I T. SEXTIVS · AFRICANVS · M. APONIVS · SATVRNINVS · L. SALVIVS · OTHO. TITIANVS · P. MEMMIVS · REGVLVS · C. PISO

... E

ISDEM · COS. III. NONAS · IANVAR

... O SVLPICIVS · CAMERINVS · MAGISTER · COLLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · NOMINE · VOTA · NVNCVPAVIT · PRO · SALVTE

NERONIS · CLAVDI · DIVI · CLAVDI · F. GERMANICI. CAESARIS · N. TI. CAESARIS. AVG. PRO · N. DIVI. AVG. AB. N. CAESARIS · AVG

... VS GERMANICI · PONT. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VII. COS. IIII. ET · OCTAVIAE · CONIVGIS · EIVS · VICTIMIS · IMMOLATIS · IN

CAPITOLIO · QVAE · SVPERIORIS · ANNI · MAGISTRI · VOVERANT · PERSOLVIT · ET · IN · PROXIMVM · ANNVM · NVNCVPAVIT

PRAEVNTE · M. APONIO · SATVRNINO · IOVI · MARES · DVO · IVNONI · VACCAS · II. MINERVAE · VACCAS · II. SALVTI · PVBLIC

VACCAS · II. IN TEMPLO · NOVO · DIVO · AVG. B. MARES · II. DIVAE · AVG. VACCAS · II. DIVO · CLAVDIO · B. MAR. II. IN. COLLEGIO. ADF

SVLPICIVS · CAMERINVS · MAGISTER · A. VITELLIVS · L. PISO · L. F. M. APONIVS · SATVRNINVS · P. MEMMIVS · REGVLVS · L. SALVIVS

OTHO · TITIANVS

ISDEM · COS. III. IDVS · IANVAR

ADSTANTIBVS · SVLPICIO · CAMERINO · MAGISTRO. L. SALVIO OTHONE · TITIANO · C. VIPSTANO · APRONIANO

. . . .

XV.

. . . . *XVIII. K. Iun. in Capitolio*

. . . . *Magister Collegii Fratrum Arvalium ob Natalem Neronis*

immolavit Iovi Bovem marem, Iunoni Vaccam,

Minervae Vaccam, Saluti publicae Vaccam, Felicitati Vaccam, Genio ipsius Taur*um*;

In Collegio adfuerunt A. Vitellius, M. Aponius Saturninus, L. Salvius, Otho Titianus,

*Sulpic*ius Camerinus, C. Vipstanus Apronianus, P. Memmius Regulus, C. Piso.

Nerone Claudio, Divi Claudi Filio, Germanici

Caesaris Nep., Tiberii Caesaris Aug. Pron., Divi Augusti Abnepote,

Caesare Augusto Germanico Pontif. Max. Tribun. Potest. VII. Imper. VII. Consule IV.,

Cosso Lentulo Cossi Filio Consulibus

Kalendis Ianuariis.

Sulpicius Camerinus Magister Collegii Fratrum Arvalium nomine immolavit in Capitolio ob Consulatum Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici Iovi Bovem marem, Iunoni Vaccam, Minervae Vaccam, Genio ipsius Taurum: in Collegio adfuerunt Sulpicius Camerinus Magister, L. Piso, L. F., T. Sextius Africanus, M. Aponius Saturninus, L. Salvius Otho Titianus, P. Memmius Regulus, C. Piso,

Isdem Consulibus III. Nonas Ianuar.

Sulpicius Camerinus, Magister Collegii Fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit pro salute Neronis Claudi, Divi Claudi Fil., Germanici Caesaris Nep. Tib. Caesaris Aug. Pronep., Divi Augusti Abnep., Caesaris Aug. Germanici Pont. Max. Trib. Potest. VII. Imper. VII. Consulis IV., et Octaviae Coniugis eius, victimis immolatis in Capitolio, quae superioris anni Magistri voverant, persolvit, et in proximum annum nuncupavit, praeunte M. Aponio Saturnino, Iovi (Boves) mares duo, Iunoni Vaccas duas, Minervae Vaccas duas, Saluti publicae Vaccas duas, in Templo novo Divo Augusto Boves mares duo, Divae Augustae Vaccas duas, Divo Claudio Boves Mares duo; in Collegio adfuerunt Sulpicius Camerinus Magister, A. Vitellius, L. Piso, L. F., M. Aponius Saturninus, P. Memmius Regulus, L. Salvius Otho Titianus.

Isdem Consulibus III. Idus Ianuar.

Adstantibus Sulpicio Camerino Magistro, L. Salvio Othone Titiano, C. Vipstano Aproniano,

XIV.

. . . .

. . . . *Sulpicius* Camerinus , A. Vitellius, C. Vipstanus Apronianus,

. . . . T. *Sextius* Africanus.

Isdem Consulibus III. idus Decembris

. . . . . . *Magister Collegii Fratrum* Arvalium nomine immolavit in sacra via *ante Domum Domitianam memoriae* Cn. Domitii Ahenobarbi Bovem marem . . . .

Adfuerunt . . . . M. Aponius Saturninus, A. Vitellius , C. Vipstanus Aproni*anus* ,

. . . . *Sulpicius* Camerinus , T. Sextius Africanus, L. Salvius Otho T*itianus*.

Isdem Consulibus XVIII. Kal. Ianuar.

. . . . . *Magister Collegii Fratrum* Arvalium nomine immolavit in Capitolio *ob Natalem Neronis Caes*aris Augusti Germanici Iovi Bovem marem, Iunoni Vaccam

. . . .

XVI.

. . . . . *XVIII. K. Ian.* . . . . . .

Magister nomine Collegii *Fratrum Arvalium*
immolavit in Capitolio ob Natalem Nero-
*nis Caesa*ris Aug. Germanici Iovi Bovem marem,
Iunoni Vaccam , Minervae Vaccam , Felici-
tati publicae Vaccam , Concordiae Vaccam ,
Genio ipsius Taurum : in Collegio adfuerunt
Sulpicius Camerinus Magister, M.
Aponius Saturninus , C. Vipstanus
Apronianus , L. Salvius Otho Titia-
nus , T. Sextius Africanus .

XVII.

Ibidem .

. . . .

... AIVS...

... RVM . . .

IN COLLEGIO ADFV. . .

... S. CAMERINVS · L. SALVIVS...

. . . . IO · AFRICAN . . .

IIII. IDV...

... GISTER · COLLEGII · FRATR . . .

... EDITV NERONIS · CLAVDI · CA...

... INERVAE VACCAM · ITEM...

... VM . DOMITIANAM · DIS · PE...

... IN COLLEGIO · ADFVERV...

... APRONIANVS · M. APONI...

... COS · III ...

... LEGII · FRATRVM A...

... O · DIVO · AVGV...

. . . .

XVII.

. . . . . . rum . . . .

. . . . In Collegio adfu*erunt*

. . *Sulpicius* Camerinus, L. Salvius *Otho Titianus*.

. . . *Sex*tio Africano *Consulibus*

IIII. Idus . . . .

. . . *Ma*gister Collegii Fratr*um Arvalium nomine immolavit*

. . . *pro itu et r*editu Neronis Claudii Caesaris *Aug. Germanici*

Iovi Bovem marem, *Iunoni Vaccam*, *M*inervae Vaccam, item . . . .

. . . *ante dom*um Domitianam Dis Pe*natibus* . . .

. . . . . . In Collegio adfueru*nt*

. . . . . *C. Vipstanus* Apronianus, M. Aponi*us Saturninus*.

. . . *Isdem* Consulibus III . . .

. . . *Magister Col*legii Fratrum *Arvalium* . . .

. . . . *in Templo novo* Divo Augusto *Bovem marem*

XVIII.

Ibidem.

. . . .
. . . IOC . . .
. . . FICIVM . . .
. . . IAE
XVI K · IVN DOM . . .
XIIII. K. IVN IN LVCO ET DOM
XIII. K. IVN. DOMI
IN COLLEGIO ADFVERVNT
L. SALVIVS OTHO TITIANVS
A · VITELLIVS · Q. TILLIVS
. . . SASSIVS . . .
ISDEM · COS
. . . V . . K MART
. . . ALVIVS OTHO . . .

XVIIII.

Ibidem.

. . . .
. . . . . IMVS . . .
. . . BI IN EADEM VER . . .
. . . TAVOVEMVS ESSE FVTVRVM
. . VOVIMVS ESSE FVTVRVM QVOD
. . IBI IN EADEM VERBA NOMINE
. . . . VOVEMVS ESSE FVTVRVM
. . BOVE AVRATO VOVIMVS ESSE FVTV
. . ACXIS TVNC TIBI IN EADEM VERBA
. . AVRATA VOVIMVS ESSE FVTVRVM
. . NTANVS . APRONIANVS . L. POMPE

In

XVIII.

hoc *anno erit*
*Sacri*ficium Deae
*D*iae
XVI. Kal. Iunii domi,
XIIII. Kal. Iunii in Luco, et domi,
XIII. Kal. Iunii domi:
In Collegio adfuerunt
L. Salvius Otho Titianus,
A. Vitellius, Q. Tillius
Sassius. . . . .
Isdem Consulibus
. . . V. Kal. Martii
L. *S*alvius Otho *Titianus*

XVIIII.

*Quod hodie vovi*mus, *ast tu ea ita faxsis*,
*tunc ti*bi in eadem ver*ba nomine Fratrum Collegii Arvalium*
*Bove femina aura*ta vovemus esse futurum. *Minerva*, *quae in verba*
Iovi Opt. Max. Bove aurato vovimus esse futurum, quod *hodie vovimus*,
ast tu ea ita faxsis, *tunc t*ibi in eadem verba nomine *Collegii Fratrum*
Arvalium Bove femina aurata vovemus esse futurum. *Salus Augusti*, *quae in verba*
Iovi Opt. Max. Bove aurato vovimus esse futurum, *quod hodie*
vovimus, *ast tu ea ita f*axsis, tunc tibi in eadem verba *nomine Collegii*
Fratrum Arvalium Bove femina aurata vovemus esse futurum.
*Adfuerunt C. Vip*stanus Apronianus, L. Pompe*ius Vopiscus* . . . . . .

XX.

Romae in Capitolio ex Museo Alexsandri Albani emin. mem. Viri .

. . . .
. . . . . E . S . . .
. . . . . IVN . DO . . .
. . . . O . ADFVERVN . . .
. . . ECIVS . TAVRVS . . .
. . . . A . COS. IIII. IDVS . . . .
. . . . IO · SER. GALBAE · IMI . . .
. . . . . NO . COLLEG. FR . . .
. . . . .)PTIONE . . .
. . . .

XXI.

Velitris in Museo Stephani Borgiae V. C.

. . . .
. . . IN FORO . . .
. . . VS . TAVRV . . .
. . . RVAL · NON . . .
. . . TITIANV . . .
. . . NOMINE . . .
. . . ƆEVER · O . . .
. . . C. VIPSTAN . . .
. . . NVACMI . . .
. . . M. OTHO . . .
. . . .

XXIII.

Ibid. ex Museo Albano.

. . . .
. . . . ANVS · CO
. . . . RIBVS · MISIT · QVOS
. . . . VESPASIANVS · AVG. CAESAR · DIVI · F. DOMITIANVS
. . . . C. VIPSTANVS APRONIANVS · C. IVNIVS · TADIVS · MEFITANVS · T. VERATIVS
. . . . . . MPEIVS · VOPISCVS · ARRVNTIVS · CATELLIVS · CELER. TI. IVLIVS · CANDIDVS MARIVS
. . . . . . Q. TILLIVS SASSIVS
. . . . . DEM · COS. III. K. IVN. IN DOMO · L. VENVLEI . APRONIANI MAG. AD PERAGENDVM . SACRIFICIVM
PER FRATRES · ARVALES EPVLANTES · ET · FRVGIBVS · MINISTRANTIBVS · PVERIS INGENVIS · PATREMIS · ET
MATRIMIS SENATORVM · FILIS . REFERENTIBVS · AD ARAM · IN PATERIS
M. TILLIO · FRVGI · T. VINICIO · IVLIANO COS. VII. IDVS · DECEMBR. IN CAPITÓLIO IN · AEDEM . OPIS
SACERDOTES · CONVENERVNT · AD · VOTA · NVNCVPANDA . AD RESTITVTIONEM · ET · DEDICATIONEM CAPI
TOLI · AB · IMP. T. CAESARE · VESPASIANO · AVG
IN COLLEGIO · ADFVERVNT · L. VENVLEIVS · APRONIANVS · C. VIPSTANVS · APRONIANVS · EVERATIVS
QVADRATVS · L. POMPEIVS · VOPISCVS · ARRVNTIVS · CATELLIVS · CELER · C. IVNIVS · TADIVS · MEFITANVS
P. SALLVSTIVS BLAESVS
L. FLAVIO · SILVA · NONIO · BASSO · ASINIO · POLLIONE · VERRVCOSO · COS. XVIII. K FEBR.
IN LVCO DEAE DIAE · PIACVLVM FACTVM · PER CALATOREM · ET · PVBLICÓS · EIVS · SACERDOTI · QVOD . ARBOR
A VETVSTATE · DECIDIT · EXPIANDVM · PORCAM ET · AGNAM · OPIMAM
L. VETTIO · PAVLLO · T. IVNIO · MONTANO COS. K. MAIS · IN LVCO · DEAE · DIAE · PIACVLVM
FACTVM · PER CALATÓREM · ET PVBLIGOS · EIVS · SACERDOTI · OB · FERRVM · INLATVM · IN AEDEM · SCRIPVR
CAVSSA · PORCAM · ET AGNAM OPIMAM
ISDEM · COS. III. IDVS . MAIAS · IN LVCO · DEAE · DIAE · PIACVLVM · FACTVM · PER CALATOREM · ET · PVBLICOS
EIVS · SACERDOTI · OB · FERRVM · DE · AEDE · ELATVM · PORCAM · ET · AGNAM · OPIMAM

LOCA · ADSIGNATA IN AMPHITEATRO

L. AELIO · PLAVTIO · LAMIA · Q. PACTVMEIO FRONTONE · COS

ACCEPTVM · AB · LABERIO · MAXIMO PROCVRATORE · PRAEF. ANNONAE
L. VENNVLEIO · APRONANO · MAG. CVRATORE · THYRSO · L
FRATRIBVS · ARVALIBVS · MÆNIANO · Ī. CVN. XI͞I. GRADIB. MARM. VIII. GRADV I · P. V
GRAD. VIII. PED. V≡Ꞩ. F. PED. XXXXIIS · GRADV · I. VNO · PED. XXIIS · ET · MENIANO · SVMMO
I͞I. CVN. V͞I. GRADIB. MARM. I͞V. GRADV. I. VNO · P. XXIIS · ET · MAENIANO
SVMMO · IN · LIGNEIS · TAB. LIII. GRADIBVS · XI. GRADV · Ī. PED. V = = Ꞩ — GRAD
XI. PED. VS = = —) F. PED. LXIIIS = = — Ꞩ
SVMMA · PED. CXXVIIIIS = = — Ꞩ

L. FLAVIO · SILVA · NONIO · BASSO
ASINIO · POLLIONE · VERRVCOSO CoS

III. NoNAS · IAN

MAGISTER · C. IVNIVS · TADIVS · MEFITANVS COLLEGI FRATRVM ARVALIVM · NOMINE · VOTA NVNCVPAVIT
PRO SALVTE · IMP. TITI · CAESARIS · DIVI F VESPASIANI · AVG. PONTIF. MAX. TRIBVNIC. POTEST. CÓS. VII͞I. ET. CAESARIS
DIVI · F. DOMITIANI · CÓS. V͞I͞I. ET · IVLIAE · AVG. LIBERORVMQVE · EORVM · VICTIMIS . IMMOLATIS · IN CA
PITÓLIO · QVAE · SVPERIÓRIS · ANNI · MAGISTER · VOVERAT · PERSOLVIT · IOVI · O. M. BOVES · MARES · II
IVNONI REGINAE · VACCAS · DVAS . MINERVAE · VACCAS · II. SALVTI · PVBLICAE · VACCAS · II. ET · IN
